

Si plures fint, hæc, & præcedens Oratione, Preces nostras, dicantur in numero plurali. Deinde Sacerdos benedit sal.

Benedictio salis dandi Catechumeno.

Exorcizo te creatura salis, in nomine Dei Patris omnipotentis, † & in charitate Domini nostri Jesu Christi, † & in virtute Spiritus sancti. † Exorcizo te per Deum vivum, † per Deum verum, † per Deum Sanctum, † per Deum, † qui te ad tutelam humani generis procreavit, & populo venienti ad credulitatem per servos suos consecrari præcepit, ut in nomine sanctæ Trinitatis efficiaris salutare Sacramentum ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te Domine Deus noster, ut hanc creaturam salis sanctificando sanctifiques, † & benedicendo benedicas, † ut fiat omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in visceribus eorum, in nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & saeculum per ignem.

R. Amen.

Tunc pollice, & indice accipit de ipso sale, & immittit in os Catechumeni, dicens: N. Accipe sal sapientiae; propitiatio sit tibi in vitam æternam. R. Amen.

Sacerdos: Pax tibi. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus Patrum nostrorum, Deus universæ conditor veritatis, te supplices exoramus, ut hunc famulum tuum N. respicere digneris propitius, & hoc pri-

mum pabulum salis gustantem, non diutius esurire permittas, quominus cibo expleatur cœlesti, quatenus sit semper spiritu fervens, spe gaudens, tuo semper nomini serviens. Perduc eum Domine, quæsumus, ad novæ regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum æterna præmia consequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum. Rx. Amen.

Si plures sint, dicatur singulis: N. Accipe sal, &c. Et præcedens Oratio, Deus Patrum nostrorum, in numero plurali.

Quod si Catechumenus fuerit Gentilis, seu ex Idololatriis venerit ad Fidem, benedicto sale, priusquam ejus medicinam gustet, Sacerdos addat sequentem Orationem, dicens:

Oremus.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui es, qui eras, & qui permanes usque in finem, cuius origo nescitur, nec finis comprehendendi potest: te supplices invocamus super hunc famulum tuum N. quem liberasti de errore gentilium, & conversatione turpissima: dignare exaudire eum, qui tibi cervices suas humiliat ad lavaci fontem, ut renatus ex aqua, & Spiritu sancto, expoliatus veterem hominem, induat novum, qui secundum te creatus est; accipiat vestem incorruptam, & immaculatam, tibique Deo nostro servire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. Rx. Amen.

Si plures sunt, præcedens Oratio dicatur in numero plurali.

Deinde Sacerdos dicat super masculum tantum: Ora electe, flecte genua, & dic Pater noster. Et electus genuflexo orat,

G

Ecce dicit Pater noster. Et cum oraverit, & dixerit Pater noster usque ad, Sed libera nos à malo, inclusivè, Sacerdos subjugit : Leva, comple Orationem tuam, & dic Amen. Et ille respondet : Amen.

Et Sacerdos dicit Patrino: Signa eum.

Deinde electo : Accede. Et Patrinus pollice signat eum in fronte, dicens : In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

Tunc quoque Sacerdos facit Crucem in fronte ejus, ita dicendo : In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

Et imponit manum super eum, & dicit :

Oremus.

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus, qui Moysi famulo tuo in monte Sinai apparuisti, & filios Israel de terra Ægypti eduxisti, deputans eis Angelum pietatis tuæ, qui custodiret eos die, ac nocte: te quæsumus, Domine, ut mittere digneris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui similiter custodiat & hunc famulum tuum N. & perducat eum ad gratiam Baptismi tui. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Exorcismus.

Ergo maledicte diabole, recognosce sententiam tuam, & da honorem Deo vivo, & vero, da honorem Iesu Christo Filio ejus, & Spiritui sancto, & recede ab hoc famulo Dei N. quia istum sibi Deus, & Dominus

noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam, Fontemque Baptismatis vocare dignatus est: & hoc signum sanctæ Crucis, † quod nos fronti ejus damus, tu maledicte diabole numquam audeas violare. Per eundem Christum Dominum nostrum, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. Rx. Amen.

Sed si plures sint Catechumeni, hic, & in sequentibus Sacerdos dicat in numero plurali: Orate electi, flectite genua, &c. ut supra, usque ad finem præcedentis Exorcismi, qui incipit: Ergo maledicte diabole. Item super unum secundò dicat: Ora electe, flecte genua, & dic Pater noster, & reliqua, ut supra fol. 194. usque ad Orationem Deus Abraham, exclusivè; deinde imponit manum super eum, ac dicit:

Oremus.

Deus immortale præsidium omnium postulantiū, liberatio supplicum, pax rogantium, vita credentium, resurrectio mortuorum; te invoco super hunc famulum tuum N. qui Baptismi tui donum potens æternam consequi gratiam spirituali regeneratione desiderat: accipe eum Domine, & quia dignatus es dicere, Petite, & accipietis; quærite, & invenietis; pulsate, & aperiatur vobis: petenti præmium porrige, & januam pande pulsanti, ut æternam cœlestis lavacri benedictionem consecutus, promissa tui munericis regna percipiat. Qui cum Patre, & Spiritu sancto vivis, & regnas Deus in sæcula sæculorum. Rx. Amen.

Exorcismus.

Audi maledicte satana, adjuratus per nomen aeterni Dei, & Salvatoris nostri Iesu Christi Filii ejus, cum tua victus invidia tremens, gemensque discede; nihil tibi sit commune cum servo Dei N. jam cœlestia cogitante, renuntiaturo tibi, & sæculo tuo, & beatæ immortalitati victuro. Da igitur honorem advenienti Spiritui sancto, qui ex summa cœli arce descendens, proturbatis fraudibus tuis, divino Fonte purgatum pectus, sanctificatum Deo templum, & habitaculum perficiat, ut ab omnibus penitus noxiis præteriorum criminum liberatus servus Dei, gratias perenni Deo referat semper, & benedicat nomen sanctum ejus in sæcula sæculorum.

Recipe Amen.

Item super unum masculum tertio dicat, ut supra, Ora eleete, flecte genua, & dic Pater noster, &c. usque ad Orationem, Deus Abraham, exclusive; deinde imponit manum suam super eum, dicens:

Exorcismus.

Exorcizo te immunde spiritus, in nomine Patris, +/- & Filii, +/- & Spiritus +/- Sancti, ut ex eas, & recedas ad hoc famulo Dei N. ipse enim tibi imperat, maledicte dammate, qui pedibus super mare ambulavit, & Petro mergenti dexteram porrexit.

Exorcismus Ergo maledicte diabole, &c. & repetit totum, ut supra habetur. Super feminam vero Sacerdos dicit: Ora electa,

electæ, flecte genua, & dic Pater noster, &c. ut suprà usque ad Orationem, Deus Abraham, exclusivè. Deinde imponit manum super eam, & dicit:

Oremus.

Deus cœli, Deus terræ, Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Patriarcharum, Deus Prophetarum, Deus Apostolorum, Deus Martyrum, Deus Confessorum, Deus Virginum, Deus omnium benè viventium: Deus, cui omnis lingua confitetur, & omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium, & infernorum: te invoco, Domine, super hanc famulam tuam N. ut eam custodire, & perducere digneris ad gratiam Baptismi tui. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Deinde dicitur *Exorcismus*: Ergo maledicte diabole, recognosce sententiam tuam, &c.

Si plures fuerint feminæ Catechumenæ, hic, & in sequentiibus Sacerdos dicat in numero plurali, Orate electæ, flectite genua, & dicte Pater noster, & reliqua, ut suprà, usque ad Orationem, Deus Abraham, exclusivè; deinde imponit manum super capita singularum, & postea in eoden numero plurali dicit Orationem, Deus cœli, Deus terræ, &c. & Exorcismum, Ergo maledicte diabole, &c. ut suprà fol. 195.

Interim super unam tantum, secundò, & tertio repetit: Ora electa, flecte genua, & dic Pater noster, & reliqua ut suprà usque ad finem Orationis, Deus Abraham, qua finita, imponit manum super caput ejus, & post tertiam signationem, dicit:

Exorc

Exorcismus.

Exorcizo te immunde spiritus, per Patrem, + & Filiū & Spiritum + sanctum, ut ex eas, & recēdas ab hac famula Dei N. Ipse enim tibi imperat, maledicte, damnate, qui cæco nato oculos aperuit, & quattorduanum Lazarum de monumento suscitavit. Ergo maledicte diabole, &c. totum, ut suprà.

Super utrumque, sive masculum, sive feminam imponit manus super caput ejus, & dicit:

Oremus.

Eternam, ac justissimam pietatem tuam deprecor, Domine sancte Pater omnipotens, æterne Deus, auctor luminis, & veritatis, super hunc famulum tuum N. ut digneris eum illuminare lumine intelligentiae tuæ: munda eum, & sanctifica; da ei scientiam veram, ut dignus efficiatur accedere ad gratiam Baptismi tui, teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam, ut aptius sit ad percipiendam gratiam tuam. Per Christum Dominum nostrum. R^e. Amen.

Si plures fuerint electi, sive mares, sive feminæ, præcedentes Orationes, & Exorcismi dicantur in numero plurali, & in genere proprio, ut superius dictum est.

His peractis, Sacerdos sinistra manu apprehendens dexteram electi prope brachium, vel ei porrigens extremam partem stolæ, introducit eum in Ecclesiam, dicens:

N Ingredere in sanctam Ecclesiam Dei , ut accipias benedictionem cœlestem à Domino Iesu Christo, & habeas partem cum illo , & sanctis ejus. Rx. Amen.

Si plures fuerint , dicat in numero plurali : Ingredimini in sanctam Ecclesiam Dei , &c. & introducat eos, ut supra. Et ingressus electus procumbit , seu prosternit se in pavimento , & adorat.

Deinde surgit, & Sacerdos imponit manum super caput ejus, & electus cum eo recitat Symbolum Apostolorum , & Orationem Dominicam. Ita etiam si plures fuerint, omnes surgunt, & simul recitant Credo in Deum , & Pater noster , &c. ut supra fol. 180.

Tunc rursus Sacerdos imponat manum super caput electi, & dicat:

Exorcismus.

N Ec te latet , satana , imminere tibi pœnas , imminere tibi tormenta , imminere tibi diem judicii , diem iuplicii sempiterni , diem , qui venturus est , velut clibanus ardens , in quo tibi , atque universis angelis tuis præparatus sempiternus erit interitus. Proinde damna te , atque damnande , da honorem Deo vivo , & vero , da honorem Iesu Christo Filio ejus , da honorem Spiritui sancto Paraclito , in cuius nomine , atque virtute præcipio tibi , quicumque es spiritus immunde , ut ex eas , & rece das ab hoc famulo Dei N. quem hodie idem Deus , & Dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam , & benedictionem , Fontemque Baptismatis dono vocare digna-

dignatus est ; ut fiat ejus templum per aquam regenerationis in remissionem omnium peccatorum. In nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi , qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. R. Amé.

Similiter si plures fuerint , imponit manum super capita singulorum , & dicit eundem Exorcismum in numero multitudinis , & genere suo.

Postea Sacerdos pollice accipit de saliva oris sui , & tangit narres, & nares electi : tangendo verò aurem dexteram , & sinistram , dicat :

Ephphetha , quod est , Adaperire ; deinde tangendo narres , dicat : In odorem suavitatis, & subdit :

Tu autem effugare diabole , appropinquabit enim iudicium Dei.

Deinde interroget electum : Quis vocaris ? & ipse respondet : N.

Interrogat : N. Abrenuntias satanæ ? R. Abrenuntio.

Interrogat : Et omnibus operibus ejus ? R. Abrenuntio.

Interrogat : Et omnibus fompis ejus ? R. Abrenuntio.

Tunc Sacerdos intingit pollicem dextræ manus in Oleo sancto Catechumenorum , & inungit electum primum in pectorale , deinde inter scapulas , in modum Crucis , dicens :

Ego te in Olio salutis † in Christo Jesu Dominino nostro in vitam æternam. R. Amen.

Pax tibi. R. Et cum spiritu tuo.

Mox bombacio , vel re simili tergit pollicem , & loca inuncta , & subjungit , dicens :

Exi immunde spiritus , & da honorem Deo vivo , &

vero. Fuge immunde spiritus , & da locum Iesu Christo Filio ejus. Recede immunde spiritus , & da locum Spiritui sancto Paraclito.

Quin lo plures sunt electi , idem fit circa singulos eorum. Et ducitur electus ad Baptisterium : ubi, si ob aliquam causam non habeatur , sive præparata non fuerit aqua Baptismalis , fiat benedictio Fontis , ut infrà ponitur. Hic deponit stolam , & Pluvialem violaceam , & sumit aliam albi coloris ; & cùm fuerit prope Fontem , Sacerdos interrogat: Quis vocaris ? Respondet: N.

Interrogat: N. Credis in Deum Patrem Omnipotentē , Creatorem coeli , & terræ? R. Credo.

Interrogat: Credis in Iesum Christum Filium ejus unicū , Dominum nostrum , natum , & passum ? R. Credo.

Interrogat: Credis & in Spiritum sanctum , sanctam Ecclesiam Catholicam , Sanctorum communionem , remissionem peccatorum , carnis resurrectionem , & vitam æternam? R. Credo.

Iterum interrogat , dicens: N. Quid petis?

Respondet: Baptismum.

Interrogat: Vis baptizari?

Respondet: Volo.

Tunc Patrino , vel Matrina , vel utroque (si ambo admittuntur) admota minu , tenente , seu tangente electum , vel electam , aperto capite , & laxatis à colo vestibus inclinatum , Sacerdos vasculo , vel urceolo haurit aquam Baptismalem de Fonte , & cum ea sub trina supra caput in modum Crucis infusione baptizet electum , seu electam , in nomine SS. Trinitatis , sic dicens :

Ego te baptizo in nomine Patris , + fundat primò; & Filii,

lii, **+** fundat secundò; & Spiritus **+** sancti, fundat tertio.

Si aqua, quæ ex capite baptizati defluit, non dilabitur in sacrariū Baptisterii, recipiatur in subjecta aliqua pelvi, & in illuc postmodū projiciatur. Cum plures sunt electi, singillatim singuli interrogantur, & baptizantur, ut suprà. Si sunt mares, & feminæ, primum mares, deinde feminæ. Verum si probabiliter dubitetur, an electus fuerit alias baptizatus, dicat Sacerdos:

Si nō es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, **+**
& Filii, **+** & Spiritus **+** sancti.

Deinde Sacerdos intingat pollicem dextrum in sacrum Chrisma, & perungat verticem electi in modum Crucis, dicens:

Deus omnipotens, Pater Domini nostri Iesu Christi, qui te regeneravit ex aqua, & Spiritu sancto, qui que dedit tibi remissionem omnium peccatorum, ipse te liniat Chrismate salutis **+** in eodem Christo Iesu Domino nostro in vitam æternam. **R. Amen.**

Pax tecum. Respondet: Et cum spiritu tuo.

Tunc bombacio, vel re simili pollicem tergit, & impenit capiti electi Chrismale, seu candidum linteolum, & dat illi vestem candidam, dicens :

Accipe vestem candidam, & immaculatam, quam perferas ante tribunal Domini nostri Iesu Christi, ut habeas vitam æternam. **R. Amen.**

Et electus deponit priores vestes, & induitur novis albi coloris, vel saltem exteriore candida, quam a Sacerdote accepit. Postea dat ei Sacerdos cereum, seu candelam accensam in manu dextra, dicens:

Accipe lampadem ardente, & irreprehensibilis custodi Baptismum tuum: serva Dei mandata, ut cum Dominus venerit ad nuptias, possis occurrere ei in aula cœlesti in vitam æternam. **R.** Amen.

Ipse verò Neophytius eumdem cereum accensum manibus tenebat usque in finem, præterquam dum confirmatur.

N In Ecclesiis autem ubi Baptismus fit per mersionem, sive totius corporis, sive capitis tantum, Sacerdos accipiat electum per brachia prope humeros, & superiore parte corporis nudatum, reliqua honestè connectum, ter illum, vel caput ejus mergendo. Et toties elevando, baptizet sub trina mersione, sanctam Trinitatem semel tantum sic invocando:

Ego te baptizo in nomine Patris, **P**ergat semel; & Fili, **P**ergat iterum; & Spiritus **P**rohliti, pergit tertio; Patrem, vel Mitrina, vel utroque eum tenente, vel tangentes.

Et can electus surrexerit de Fonte, Paterinus, vel Matrina cum linteo in manibus suscipit eum de manu Sacerdotis, & Sacerdos intinct pollice dextro in sacro Chrismate, illum invertice in modum Crucis pergit, dicens: Deus omnipotens, Pater Domini nostri Iesu Christi, &c. ut supra. Deinde Sacerdos impone capiti ejus linteolum, seu Chrismale, & dat ei vestem candidam, dicens: Accipe vestem candidam, &c.

Et statim pædicto linteo abstergitur, & in loco semoto vestitur novis, & albis vestibus, & exteriore candida, quam accepit.

Postea

Poste à dat ei Sacerdos candelam accensam in dextra manu, dicens: Accipe lampadem, ut supra. Eadem modo, si plures fuerint, fit per singulos.

Poste à dicat: N. Vade in pace, & Dominus sit tecum.

R. Amen.

ORDO SUPPLENDI Omissa super baptizatum.

Cum urgente mortis periculo, vel alia cogente necessitate, siue parvulus, siue adultus, sacris Precibus, ac Cæremoniis prætermissis, fuerit baptizatus, ubi convaluerit, vel cessaverit periculum, & ad Ecclesiam delatus fuerit, omissa omnia suppleantur: idemque ordo, ac ritus servetur, qui in Baptismo parvorum (si fuerit parvulus) seu adultorum (si fuerit adultus) præscriptus est. Excepto quod interrogatio, an velit baptizari, formaque Baptismi, & ablutio prætermittuntur, & quædam Orationes, & Exorcismi suo cuique loco immutati, ut infra, dicuntur.

Sacerdos igitur antequam immittat salem in os baptizati, manus super caput ejus imponens, dicit:

Oremus.

Omnipotens semperne Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, respicere dignare super hunc famulum tuum N. quem dudum ad rudimenta fidei vocare dignatus es; omnem cæcitatem cordis ab eo expelle: disrumpere omnes laqueos satanæ, quibus fuerat colligatus: aperi ei Domine januam pietatis tuæ, ut signo sapientiæ

tuæ

tus imbutus, omnium cupiditatum fætoribus careat, & ad suavem odorem præceptorum tuorum lætus tibi in Ecclesia tua deserviat, & proficiat de die in diem, ut idoneus sit frui gratia Baptismi tui, quem suscepit, salis percepta medicina. Per eundem Christum Dominum nostrum. R^c. Amen.

Deinde posteaquam modicum salis immisit in os baptizati, dicens:

Accipe salem sapientiae, propiciatio sit tibi in vitam æternam. R^c. Amen. *Dicit:*

Oremus.

Deus Patrum nostrorum, Deus universæ conditor veritatis, te supplices exoramus, ut hunc famulum tuum N. respicere digneris propitius, & hoc pabulum salis gustantem, non diutius esurire permittas, quominus cibo expleatur cœlesti, quatenus sit semper spiritu fervens, spe gaudens, tuo semper nomini serviens, & quem ad novæ regenerationis lavacrum perduxisti, quæsumus Domine, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum æterna præmia consequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum. R^c. Amen.

Post hæc facto signo Crucis in fronte baptizati, dictisque illis verbis:

Et hoc signum Crucis, X quod nos fronti ejus damus, tu maledicte diabole nunquam audeas violare. Per eundem Christum Dominum nostrum. R^c. Amen.

Manna

Manu super caput ejus imposita dicit:

Oremus.

A Ternam, ac justissimam pietatem tuam deprecor,
Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus,
auctor luminis, & veritatis, super hunc famulum tuum
N. ut digneris eum illuminare lumine intelligentiae tuæ:
munda eum, & sanctifica: da ei scientiam veram, ut di-
gnus sit frui gratia Baptismi tui, quem suscepit: teneat
firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam, ut
aptus sit ad retinendam gratiam Baptismi tui. Per Chri-
stum Dominum nostrum. R. Amen.

*In Baptismo autem adultorum, præter illa, quæ suprà notata
sunt, quando supplentur omessa, hæc mutari debent. Primum in
Exorcismo Audi maledicte satana, ubi dicitur (habitaculum
perficiat, dicatur, habitaculum perfecit. Deinde in Exorcis-
mo, Nec te latet, ubi dicitur (ut fiat) dicatur, ut fieret.*

BENEDICTIO FONTIS Baptismi extra Sabbatum Paschæ, & Pen- tecostes, cum aqua consecrata non habetur.

*Primum lavatur, & mundatur vas Baptisterii, deinde limpi-
da aqua repletur. Tunc Sacerdos cum suis Clericis, vel etiam aliis
Presbyteris, Cruce, & duobus cereis præcedentibus, ac thuribulo,
& incenso, & cum vasculis Chrismatis, & Olei Catechumenorum
descendit ad Fontem, & ibi, vel ante Altare Baptisterii, dicit*

Lita-

Litaniam ordinariam, ut supra fol. 140. Et ante vers. Ut nos exaudire digneris, dicat, & secundò repetat sequentem versum:

Ut Fontem istum ad regenerandam tibi novam problem benedicere, & consecrare digneris, Te rogamus audi nos.

Potest etiam dici Litania brevior, ut in Missali in Sabbato sancto: & dicto ultimo Kyrie eleison, Sacerdos dicat, Pater noster, & Credo in Deum, &c. omnia clara voce: quibus finitis, dicat

V. Apud te Domine est fons vitae.

R. Et in lumine tuo videbimus lumen.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, adesto magnae pietatis tuæ mysteriis, adesto Sacramentis, & ad recreandos novos populos, quos tibi Fons Baptismatis parturit, Spiritum adoptionis emitte: ut quod nostræ humilitatis gerendum est ministerio, virtutis tuæ impletatur effectu. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. **R.** Amen.

Exorcismus aquæ.

Exorcizo te creatura aquæ. per Deum vivum, **X** per Deum verum, **X** per Deum sanctum, **X** per Deum qui te in principio, verbo separavit ab arida, cuius

ius super te Spiritus ferebatur , qui te de paradiſo manare
jussit.

*Hic manu aquam dividat , & deinde de ea effundat extra
marginem Fontis versus quatuor Orbis partes , prosequens:*

Et in quatuor fluminibus totā terram rigare præcepit : qui te in deserto amarā per lignū dulcem fecit, atque potabilem ; qui te de petra produxit , ut populum, quem ex Ægypto liberaverat , siti fatigatum recrearet. Exorcizo te, & per Jesum Christum Filium ejus unicum, Dominum nostrum , qui te in Canā Galilææ signo admirabili sua potentia convertit in vinum : qui super te pedibus ambulavit , & à Joanne in Jordane in te baptizatus est : qui te unà cū sanguine de latere suo produxit , & discipulis suis jussit, ut credentes baptizarent in te, dicens: Ite docete omnes Gentes , baptizantes eos in nomine Patris , & Filii , & Spiritus sancti ; ut efficiaris aqua sancta, aqua benedicta, aqua, quæ lavat sordes, & mundat peccata. Tibi igitur præcipio omnis spiritus immunde , omne phantasma, omne mendacium , eradicare, & effugare ab hac creatura aquæ , ut qui in ipsa baptizandi erunt, fiat ei fons aquæ salientis in vitam æternam , regenerans eos Deo Patri, & Filio, & Spiritui sancto, in nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi , qui venturus est judicare viuos, & mortuos , & sæculum per ignem. R. Amen.

Oremus.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus,
a quarum spiritualium sanctificator, te suppliciter
deprecamur, ut ad hoc ministerium humilitatis nostræ
relicere digneris, & super has aquas ablwendis, & puri-
ficandis hominibus præparatas, Angelum sanctitatis emit-
tas, quo peccatis vitæ prioris ablutis, reatuque deterlo,
purum sancto Spiritui habitaculum regenerati effici
mereantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum
Filiu n tuam: Qui tecum vivit, & regnat in unitate ejus-
dem Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.
R. Amen.

Tunc sufflet ter in aquam versus tres partes secundum hanc
figuram P deinde imponit incensum in thuribulo, & Fontem in-
censat. Postea infundens de Oleo Catechumenorum in aquam in
modum Crucis, clara voce dicit :

Sanctificetur, & fecundetur Fons iste Oleo salutis re-
nascentibus ex eo in vitam æternam, in nomine Pa-
tris, $\text{X} \&$ Filii, $\text{X} \&$ Spiritus X sancti. **R.** Amen.

Deinde infundit de Chrismate modo, quo supra, dicens :

Infusio Chrismatis Domini Iesu Christi, & Spiritus
sancti Paracliti, fiat in nomine sanctæ Trinitatis.
R. Amen.

Postea accipit ambas ampullas dicti Olei sancti, & Chrisma-
tis, & de utroque simul in modum Crucis infundendo, dicit:

Commixtio Chrismatis sanctificationis, & Olei un-
ctionis, & aquæ Baptismatis pariter fiat in nomi-
ne Patris, X & Filii, X & Spiritus X sancti. $\text{R}.$ Amen.

Tunc deposita ampulla, dextera manu Oleum sanctum, &
Chrisma infusum miscet cum aqua, & spargit per totum Fontem.
Deinde medulla panis manum tergit, & si quis baptizandus est,
eum baptizat, ut supra. Quod si neminem baptizat, statim
manus abluit, & ablutio effundatur in voragine.

RITUS CELEBRANDI Matrimonii Sacramentum.

Parochus igitur Matrimonium celebratus, publicationibus
factis tribus diebus Festis, si nullum obstat legitimum impedi-
mentum, in Ecclesia superpelliceo, & alba stola cum pluviali in-
ductus: & si non facienda sunt benedictiones solemnies induit
solum cum superpelliceo, & stola, adhibito uno saltu Cleri-
co superpelliceo pariter induit, qui librum, & vas aquæ bene-
dictæ cum aspergore deferat, coram trikis, aut duabus testibus
virum, & mulierem, quos parentum, vel profiniorum suo-
rum presentia cohonestari decet. Et cum sponsus sit saltem qua-
tuordecim annorum, & sponsa duodecim, interrogabit illis si pla-
cent nubere: & respondendo, quod sic, eos admonebit; & etiam
illos, qui adfuerint, cum pena excommunicationis, ut dicant, si

est inter illos aliqua cognatio consanguinitatis, affinitatis, seu spiritualitatis, vel si aliquis illorum cōtraxit aliquod Matrimonium, votum Religionis, seu Castitatis, vel aliquod impedimentum, per quod non possint nubere. Et si fuerint impediti, non recipiantur: & cum non sint, Sacerdos dicat quod sequitur.

O Matrimonio da Ley Euangelica he hum dos sete Sacramentos da Santa Madre Igreja Romana, iniciuido por Nossa Senhor JESU CHRISTO, pelo qual se representa o summo mysterio da Encarnação, e a união, e grande amor, que há entre Christo, e a sua Igreja. A virtude deste Sacramento he dar graça, e santificar os casados, e dà perfeição ao amor, com que naturalmente se amão, dandolhes paz, e caridade entre si. Confirma o ajuntamento perpetuo, que entre elles deve haver: dalhes virtude, e remedio contra o peccado da incontinencia, e faz que deixem o amor deshonesto, e illicito dos que não saõ casados. Os bens que delles procedem saõ tres.

O primeiro he os filhos, os quaes os pays não haõde desejar tanto para os deixarem herdeiros dos seus bens, e riqueza, quanto para os criarem em virtude, temor de Deos, e na verdadeira Fé, e Religiao de N. S. JESU CHRISTO. E criando-os assim (como saõ obrigados) receberão por isso grandes premios de Deos neste mundo, e no outro.

O segundo bem he a fé, e lealdade, que os casados entre si devem guardar, amando-se com amor santo, como Christo amou a sua Igreja.

O

O terceiro he a firmeza do ajuntamento do Matrimônio, que nunca se pôde separar de todo, senão per morte.

Hoc finito, Sacerdos ponat super suam manum sinistram extremitatem stolæ, suprà quam ponet spenſa manum dexteram versam; & sponsus etiam suam eodem modo in forma Crucis, super quas ipſe Sacerdos ponet aliam extremitatem ipsius stolæ, & suprà eam manum suam dexteram, tali modo, quod manus contrahentium maneant inter stolam, & manus ipsius Sacerdotis, & mox faciet signum Crucis, † dicens: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen. Et iterum ponet manum, sicut anteā erat; & statim dicet sponsa simul cum Sacerdote:

Eu N. recebo a vós N. por meu legitimo marido; como manda a Santa Madre Igreja Romana.

Et eodem modo dicat sponsus: Eu N. recebo a vós N. por minha legitima mulher, como manda a Santa Madre Igreja Romana.

Et finitis his verbis, dicet Sacerdos: E eu, pela autoridade, de que uso, vos ajunto matrimonialmente. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus † sancti. Amen.

Et postea aspergantur dicendo: Per aspersionem aquæ benedictæ det vobis omnipotens Deus suam gratiam, & benedictionem.

Facto conjungio, Sacerdos faciet nuptis benedictiones Matrimoniales, quæ fiunt omnibus conjugatis, excepto, si uxor fuerit jam iterum nupta cum benedictionibus, vel sine illis; seu si fuerit mulier soluta publica; & ita fiunt toto tempore anni; & nullo modo faciendæ sunt in temporibus per Ecclesiam prohibitis, scilicet à prima

à primi Dominica Adventus, usque ad Epiphaniam inclusive; &
à Feria quinta Cinerum, usque ad Dominicam primam post Pascha inclusive: & in his casibus, & temporibus, in quibus non fiunt benedictiones, Sacerdos, facto Matrimonio, dabit illis Sacramentum Eucharisticum, si jam antea non ab illis fuerit acceptum. Et admonebit nuptos, ut non fiant benedictiones, quia nupserunt in dictis temporibus prohibitis; & etiam ut non faciant convivium, nec junctos vivant usque dum redderint in Ecclesiam accipere sequentes benedictiones.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum, & terram.

V. Sit nomen Domini benedictum.

R. Ex hoc nunc, & usque in sæculum.

V. Salvos fac servos tuos.

R. Deus meus sperantes in te.

V. Ostende eis Domine misericordiam tuam.

R. Et salutare tuum da eis.

V. Mitte eis Domine auxilium de sancto.

R. Et de Sion tuere eos.

V. Exurge Domine adjuva eos.

R. Et libera eos propter nomen tuum.

V. Nihil proficiat inimicus in eis.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui in mundi crescentis exordio multiplici prole benedixisti, propitiare supplicationibus nostris, & super hunc famulum tuum, & famulam tuam opem tuę benedictionis +X+ infunde: ut conjugali conformatio affecti, comparimente, consimili Sanctitate mutua copulentur. Per Christum Dominum nostrum. Rx. Amen.

Oremus.

Respice, Domine, super hanc conjunctionem, ut sicut misisti Angelum tuum Raphaelem pacificum Tobiæ, & Saræ filiæ Raquelis: ita digneris mittere benedictionem +X+ tuam super istos nubentes: ut in tua voluntate permaneant, & in tua securitate consistant, & in amore tuo vivant, & senescant; & multiplicentur in longitudinem dierum.

Deus, qui tam excellenti mysterio conjugalem copulam consecrasti, ut Christi, & Ecclesiaz Sacramentum in fœdere præsignares nuptiarum: præsta quæsumus, ut quod nostro ministratur officio, tua benedictione potius impleatur.

Propitiare, quæsumus Domine, supplicationibus nostris, & institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti, benignus assiste: ut quod te authore jungitur, te auxiliante servetur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c.

Pre^z

Præfatio.

Per omnia sæcula sæculorum.

R. Amen.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

V. Sursum corda.

R. Habemus ad Dominum.

V. Gratias agamus Domino Deo nostro.

R. Dignum, & justum est.

Veré dignum, & justum est, æquum, & salutare
nō tibi semper, & ubique gratias agere, Domine
sancte, Pater omnipotens æterne Deus, qui potestate
virtutis tuæ de nihilo cuncta fecisti: qui dispositis univer-
sitatis exordiis, homini ad imaginem Dei facto, ideo in-
separabile mulieris adjutorium condidisti, ut fœmineo
corpori de virili dares carnē principium, docens, quod
ex uno placuisse institui, numquam licere disjungi.
Deus, qui tam excellenti mysterio conjugalem copulam
consecrasti, ut Christi, & Ecclesiaz Sacramentum præfig-
nares in fœdere nuptiarum. Deus, per quem mulier cō-
jungitur, & societas principaliter ordinata ea bene X di-
ctione donatur, quæ sola, nec per originalis peccati pœ-
nam, nec per diluvii est ablata sententiam: respice, Do-
mine, propitius super hanc famulam tuam, quæ mari-
tali jungandæ est consortio, tuamque se expetit protec tio -
ne muniri. Sit in ea jugum dilectionis, & pacis, fidelis, &
causta

casta nubat in Christo, imitatrixque Sanctorum permaneat fœminarum. Sit amabilis, ut Rachel viro: sapiens, ut Rebecca: longæva, & fidelis ut Sara. Nihil in ea exactibus suis ille author prævaricationis usurpet: nexa fidei, mandatisque permaneat uni thoro juncta, contactus illicitos fugiat, munitaque infirmitatem suam robore disciplinæ: sit verecundia gravis, pudore venerabilis, doctrinis cœlestibus erudita: sit fœcunda in sobole, sit probata, & innocens, & ad beatorum requiem, atque ad cœlestia regna perveniat, & videat filios filiorum suorum usque in tertiam, & quartam progeniem, & ad optatam perveniat senectutem.

Oremus.

QUÆSUMUS omnipotens, sempiterne Deus, instituta providentiae tuæ pio amore comitare: ut quos legitima societate connectis, longæva pace custodias. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c.

Volentes nupti, ut dicant illis Missam pro sponso, & sponsa, dicatur, non omitendo ideo dicere Missam majorem.

DE BENEDICTIONIBUS.

Regula generalis.

In omni benedictione extra Missam, semper Sacerdos utendum est stola secundum colorem Ecclesiae, vel temporis; sed in illis benedictionibus, quæ habuerint exorcismos, infalibiliter uten-

dum est stola violacea; & in omnibus rebus, quas benedicerit, semper in fine asperget ter aqua benedicta, in modum Crucis, excepto quod infra notatur in aliquibus benedictionibus particularibus.

BENEDICTIO AQUÆ ORDINARIA.

Exorcismus salis.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum, & terram.

Exorcizo te creatura salis per Deum X vivum, per Deum X verum, per Deum X Sanctum, per Deū, qui te per Eliseum Prophetam in aquam mitti jussit, ut sanaretur sterilitas aquæ: ut efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium: & sis omnibus sumentibus te sanitas animæ, & corporis: & effugiat, atque discedat à loco, in quo aspergum fuerit, omnis phantasia, & nequitia, vel versutia diabolicæ fraudis, omnisque spiritus immundus adjuratus per eum, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. R. Amen.

Oremus.

Immensam clementiam tuam, omnipotens æterne Deus, humiliter imploramus: ut hanc creaturam salis, quam in usum generis humani tribuisti, bene X dicere, & sancti X facere tua pietate digneris: ut sit omnibus suis mentibus salus mentis, & corporis: & quidquid ex eo tantum,

ctum, vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omnique impugnatione spiritualis nequitiae. Per Dominum nostrum, &c.

Exorcismus aquæ: & dicitur absolute.

Exorcizo te, creatura aquæ in nomine Dei Patris omnipotentis, in nomine Iesu Christi Filii ejus Domini nostri, & in virtute Spiritus sancti: ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, & ipsum inimicum eradicare, & explantare valeas cum angelis suis apostaticis: per virtutem ejusdem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. Rx. Amen.

Oremus.

Deus, qui ad salutem humani generis maxima quæque Sacra menta in aquarum substantia condidisti: adesto propitiis invocationibus nostris, & elemento huic multimodis purificationibus præparato, virtutem tuæ bene dictio nis infunde: ut creatura tua mysteriis tuis serviens, ad abigandos dæmones, moibosque pellendos, divinæ gratiæ summat effectum: ut quidquid in domibus, vel in locis fidelium hæc unda resperserit, careat omni immunditia, liberetur à noxa: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens: discedant omnes insidiæ latentis inimici: & si quid est, quod aut incoluntati habitantium invidet, aut quieti, aspersione hujus aquæ

Ee ij

effugiat:

effugiat: ut salubritas per invocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum nostrum, &c.

Hic ter mittat sal in aquam in modum Crucis, dicendo semel:

Commixtio salis, & aquæ pariter fiat in nomine
Pa⁺tris, & Fi⁺lii, & Spiritus⁺ sancti. **Bz. Amé.**

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus invictæ virtutis auctor, & insuperabilis imperii Rex, ac semper magnificus triumphator: qui adversæ dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis lævitiam superas: qui hostiles nequitias potenter expugnas: te Domine, trementes & supplices deprecamur, ac petimus: ut hanc creaturam salis, & aquæ dignanter aspicias, benignus illustres, pietatis tuæ rore sanctifiques: ut ubicumque fuerit aspersa, per invocationem sancti nominis tui, omnis infestatio immundi spiritus abigatur, terrorque venenosí serpentis procul pellatur: & præsentia sancti Spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus, ubique adesse dignetur. Per Dominum nostrum. in unitate ejusdem Spiritus sancti Deus, &c.

Benedictio

Benedictio aquæ cum Reliquiis sanctorum pro infirmis.

- ¶. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
- ¶. Qui fecit cœlum , & terram.
- ¶. Dominus vobiscum.
- ¶. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui ad salutem humani generis maxima quæque Sacra menta in aquarum substantia condidisti, adesto propitius in vocationibus nostris, & elemento huic, quod Beati N. numeris consignamus , virtutem tuæ benedictionis ☩ infunde, ut per intercessionem ejusdem hæc unda sit fidelibus tuis in remedium salutare, dæmones ab eis ejiciens , morbos , ac infirmitates corporis , & animæ repellens ; & præsta, ut quicumque eam sumpserint, vel ea sparsi fuerint, ab omni adversitate animæ , & corporis liberentur ; & utriusque hominis recipient sanitatem. Per Christum Dominum , &c.

Oremus.

Immensam clementiam tuam omnipotens æterne Deus humiliter imploramus , ut hos fideles tuos ad Reliquias beati N. devotè accedentes , & ejus suffragia postulantes, tua ineffabili virtute benedi ☩ cere digneris: ut per interventum ejusdem , ab omni ægritudine mentis , & corporis liberati, tuaque hic , & ubique misericordia custoditi , & gratia salvati , post viæ , ac vitæ hujus cursum,

cursum, ad æterna mereantur gaudia pervenire. Per Christum, &c.

Infundat in aqua Reliquias, & aspergat, &c.

Benedictio Custodiae.

¶. *Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.*

Oremus.

Dilectissimi Fratres; ut Deus omnipotens hoc vasculum corporis Filii sui Domini nostri gerulum, suæ bene^Fdictionis sanctificatione perfundere dignetur, orantibus nobis. **R.** Amen.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, manibus nostris ope^m tuæ benedictionis infunde, ut per nostram benedictionem hoc vasculum san^Fctificetur, & corpori Domini nostri Iesu Christi novum thronum Spiritus sancti gratia perficiatur. Per eundem Christum, &c.

Benedictio Archivi Reliquiarum Sanctorum.

¶. *Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.*

Oremus.

Dilectissimus nobis Deus Pater omnipotens; ut qui omnia per Unigenitum Filium suum in virtute Spiritus sancti valde bona creavit, ipse nobis indignis ad sancti-

sanctificationem harum capsarum, Reliquiis Sanctorum suorum recondendis paratarum, rorem gratiæ suæ clementer infundere dignetur. Per eundem Christum Dominum nostrum, &c.

Oremus.

Domine Deus Omnipotens, qui ut murmur insani populi compesceres, & Sacerdotium Aaron tibi placitum comprobares, virginem ejus aridam germinare, & flores fructiferos producere fecisti, eamdemque in Arca Testamenti pro signo virtutis tuæ poni jussisti, sed & nobis, eodem præfigio Christum in ara Crucis aerafactum, citissima resurrectione reflorescere, & in Ecclesia novissimo tempore suscitanda per mortem suam, die, ac nocte fructificare demonstrasti; te quæsumus, indulgentissime generis humani Provisor, ut hæc vascula Sanctorum tuorum receptaculo præparata, ita gratuita gratia sancti I fices, ut ubicumque in tuo nomine perlata fuerint, intercedentibus Beatorum tuorum meritis, cuncta adversa depellas, & nullifies, & omnia utilia multiplies, atque custodias; quatenus Fideles tui magnitudine, sive universitate beneficiorum tuorum, in parte modica Reliquiarum integra Sanctorum corpora se percepisse gratulentur, & per temporalia loca ipsorum precibus impensa, ad æterna cum eis gaudia possidenda fiducialius animentur. Per eundem Christum Dominum nostrum, &c.

Benedictio candelarum extra diem Purificationis B. Mariæ
Virginis.

¶. Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

Domine Iesu Christe, Fili Dei vivi, bene⁺ dic candelas istas supplicationibus nostris: infunde eis Domine per virtutem sanctæ Crucis, benedictionem cœlestem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuisti: talemque benedictionem signaculo sanctæ Crucis accipient, ut quibuscumque locis accensæ, si- ve positæ fuerint, discedant principes tenebrarum, & contremiscant, & fugiant pavidi cum omnibus ministris suis ab habitationibus illis: nec præsumant amplius inquietare, aut molestare servientes tibi omnipotenti Deo. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum.

Benedictio Thuribuli.

¶. Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

Domine Deus, qui dum filios Israel in deserto murmurantes ob rebellem suam audaciam durum vastaret incendium, Aaron Sacerdotem tuum orantem, arrepto de igne Altaris Thuribulo tibi incensum ponentem exaudire, eosque de incendio liberare dignatus es: bene⁺ dic, quæsumus hoc Thuribulum; & præsta, ut quoties

quoties thus in eo adolebitur, votum populi tui tibi boni odoris efficias, sitque fuga dæmenum, repulsio phantasmatum, & immundarum abscessio cogitationum. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Benedictio in communi ad alia vasa Ecclesiæ.

¶. **Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.**

Oremus.

Exaudi Domine, Pater clementissime, preces nostras: & hæc purificanda vasa, & ornamenta sacri Altaris, atque Ecclesiæ tuæ sacri ministerii usui præparata, bene X dicere, & sanctificare digneris. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, à quo omnia in mundo purgantur, & in quo omnia purgata clarescunt, supplices Filii tui omnipotentiam tuam invocamus: ut ab his vasibus, ornamenti, & servitiis, quæ tibi offerunt famuli tui, omnis spiritus immundus confusus longè discedat: & per tuam bene X dictionem ad usum, & ministerium sancti Altaris, & Ecclesiæ tuæ sanctificata permaneant. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Benedictio Leci.

¶. **Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.**

Ff

Oremus.

Oremus.

Benedic Domine Deus omnipotens locum istum; ut sit in eo sanitas, castitas, victoria, virtus, humilitas, bonaitas, & mansuetudo, plenitudo legis, & gratiarū actio, Deo Patri, & Filio, & Spiritui sancto: & haec benedictio maneat super hunc locum, & super habitantes in eo, nūc, & in omnia sæcula sæculorum. Rx. Amen.

Benedictio Domus novæ.

V. Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

TE Deum Patrem omnipotentem suppliciter exoramus pro hac domo, & pro habitatoribus ejus, ac rebus: ut eam bene dicere, & sancti ficare, ac bonis omnibus ampliare digneris: tribue eis Domine de ratione cœli abundantiam, & de pinguedine terræ vitæ substantiam, & desideria voti eorum ad effectum tuæ miserationis perducas. Ad introitum ergo nostrum benedicere, & sancti ficare digneris hanc domum, sicut benedicere dignatus es domum Abraham, & Isaac, & Jacob: & intra parietes domus istius, Angeli tuæ lucis inhabitent, eamque, & ejus habitatores custodiant. Per Christum Domum nostrum, &c.

Benedictio

Benedictio Thalami.

¶. Adjutorium nostrum , &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

Bene dic, Domine, thalamum hunc; ut omnes habitantes in eo, in tua pace consistant, & in tua voluntate permaneant, & senescant, & multiplicentur in longitudinem dierum, & ad regna cœlorum perveniant. Per Christum Dominum nostrum , &c.

Benedictio Cymbæ, seu novæ Naviculae.

¶. Adjutorium nostrum , &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris, & bene dic navem istam dextera tua sancta, & omnes, qui in ea vehentur, sicut dignatus es benedicere arcam Noe ambularem in diluvio: porridge eis Domine dexteram tuam, sicut porrexiſti beato Petro ambulanti supra mare: & mitte sanctum Angelum tuum de cœlis, qui liberet, & custodiat eam semper à periculis universis, cum omnibus, quæ in ea erunt: & famulos tuos, repulſis adversitatibus, portu semper optabili, curſuque tranquillo tuearis; transactisque, ac recte perfectis negotiis omnibus, iterato tempore ad propria omni gaudio revocare digneris. Qui vivis, & regnas in ſecula ſeculorum. R. Amen.

Ffij. uniuersitatis apud Benet.

Benedictio nova Navis.

Sacerdos indutus superpelliceo, & stola violacea ingrediatur navim; & stans in puppi ejus, dicat:

V. Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Et postea Psalmus.

Sacrificent sacrificium laudis, * & annuntient opera ejus in exultatione.

*Qui descendunt mare in navibus, * facientes operacionem in aquis multis.*

*Ipsi viderunt opera Domini: * & mirabilia ejus in profundo.*

*Dixit, & stetit spiritus procellæ: * & exaltati sunt fluctus ejus.*

*Ascendunt usque ad cœlos, & descendunt usque ad abyssos: * anima eorum in malis tabescet.*

*Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius: * & omnis sapientia eorum devorata est.*

*Exclamaverunt ad Dominum cum tribularentur: * & de necessitatibus eorum eduxit eos.*

*Et statuit procellam ejus in auram: * & siluerunt fluctus ejus.*

*Et lætati sunt quia siluerunt: * & deduxit eos in portum voluntatis eorum.*

*Confiteantur Domino misericordiæ ejus: * & mirabilia ejus filiis hominum.*

Et

Et exaltent eum in Ecclesia plebis: * & in Cathedra seniorum laudent eum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c.

v. Domine exaudi, &c. Dominus vobis cum.

Oremus.

Respice in nos omnipotens Deus de cœlo sancto tuo: & dignare bene ⁺ dictione cœlesti huic benedicere Navi; in qua (sancto comitante Angelo tuo) ambulantes itinere recto, & prosperè dirigere, & ab omni tristitia, & infortunio eripere digneris; ut ad patriam, & ad portum salutis reversi, tecum alacritate mentis exultantes, laudent Creatorem universorum. Qui cum Filio tuo benedicto Domino Iesu Christo, & cum Spiritu sancto vivis, & regnas Deus in sacula sæculorum. Rx. Amen.

Sequentia sancti Euangeli secundum Marcum, &c.

In illo tempore: Una die cum serò esset factum, dixit Jesus discipulis suis: Transeamus cōtra. Et dimittentes turbam, assūmunt eum, ita ut erant in Navi: & aliæ Naves erant cum illo; & facta est procella magna venti; & fluctus mittebant in Navim, ita ut impletetur Navis. Et erat ipse in puppi super cervical dormiens. Et excitant eum, & dicunt illi: Magister non ad te pertinet, quia perimus? Et exurgens comminatus est vento, & dixit mari: Tace, & obmutesc. Et cessavit ventus: & facta est tranquillitas magna, & ait illis: Quid timidi estis? nec dum habetis fidem? & timuerunt timore magno, & dicebant ad alterutrum: Quis putas est iste, quia mare, & venti obediunt ei?

Oremus.

Benedic, Domine, hanc Navim, sicut benedixisti filios Israel de Aegypto per manum Moysi excurrentes, & per mare rubrum transcurrentes, sic Navim istam, & famulos tuos in ea navigantes bene dicere, & ad destinatum locum perducere digneris. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Psalmus 28 Afferte Domino Filii Dei, ut supra 186.

Sequentia sancti Euangelii secundum Matthæum, &c.

In illo tempore: Jussit Jesus discipulos suos ascendere in Naviculam, & præcedere eum trans fretum donec dimitteret turbas. Et dimissa turba, ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto solus erat ibi, Navicula verò in medio mari jactabatur fluctibus; erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans supra mare. Videntes autem eum ambulantem supra mare, turbati sunt dicentes: Quia phantasma est. Et præ timore clamaverunt. Statimque Jesus locutus est eis, dicens: Habete fiduciam. Ego sum, nolite timeret. Respondens autem Petrus dixit: Domine, si tu es, jube me venire ad te super aquas. At ipse ait: Veni. Et descendens Petrus de Navicula, ambulabat super aquam, ut veniret ad Jesum. Videns verò ventum validum, timuit. Et cum cœpisset mergi, clamavit dicens: Domine salvum me fac. Et continuò Jesus extendens manum, apprehendit eum: & ait illi: Modicæ fidei quare dubitasti? & cum ascendisset Naviculam, cessavit ventus. Qui autem

in Navicula erant, venerunt, & adoraverunt eum, dicentes: Verè Filius Dei es.

Oremus.

Domine Deus noster, qui gubernasti Noe super undas diluvii, & manum Petro extendisti, porrigere dexteram tuam super hanc Navim, & super Nauclerum, & Nautas ejus, & dona ipsis famulis tuis sanitatem animæ, & corporis, & ad portum salutis eos perducere digneris illæfos. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. R. Amen.

Psalmus 76.

Voce mea ad Dominum clamavi: * voce mea ad Dominum deprecatus sum, & intendit mihi.

In die tribulationis meæ Deum exquisivi manibus meis, & nocte contra eum: * & non sum deceptus.

Renuit consolari anima mea: * memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum, & defecit spiritus meus.

Anticipaverunt vigilias oculi mei: * turbatus sum, & non sum locutus.

Cogitavi dies antiquos: * & annos æternos in mente habui.

Et meditatus sum nocte cum corde meo: * & exercitabar, & scopebam spiritum meum.

Numquid in æternum projicit Deus? * aut non appetet,

ponet, ut complacitior sit adhuc?

Aut in finem misericordiam suam abscondet: * in generatione, & generationem?

Aut oblidicitur misereri Deus? * aut continebit in ira misericordias suas?

Et dixi nunc cæpi: * hæc mutatio dexteræ excelsi.

Memor fui operum Domini: * quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.

Et meditabor in omnibus operibus tuis: * & in adventionibus tuis exercebor.

Deus in sancto via tua; quis Deus magnus, sicut Deus noster: * tu es Deus, qui facis mirabilia.

Notam fecisti in populis virtutem tuam: * redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Jacob, & Joseph.

Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, & timuerunt: * & turbatæ sunt abyssi.

Multitudo sonitus aquarum: * vocem dederunt nubes.

Etenim sagittæ tuæ transeunt: * vox tonitrui tui in rota.

Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ: * commota est, & contremuit terra.

In mari viæ tuæ, & semitæ tuæ in aquis multis: * & vestigia tua non cognoscentur.

Deduxisti sicut oves populum tuum: * in manu Moysi, & Aaron.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c.

Dum dicitur iste Psalmus, Sacerdos aspergat Navim in medio ex omni parte, & postea procedat ad proram Navis, & dicat:

Do-

Dominus vobis cum , &c.

Sequentia Sancti Euangeli secundum Lucam , &c.

IN illo tempore: Cum turbæ irruerent in Jesum, ut audiarent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genezaret: & vidit duas Naves stantes secus stagnum: pescatores autem descenderant, & lavabant retia. Ascendens autem in unam Navim, quæ erat Simonis, rogavit eum, ut à terra reduceret pusillum. Et sedens docebat de Navicula turbas. Ut cessavit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum , & laxate retia vestra in capturam. Et respondens Simon, dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cæpimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam. Rumperebatur autem rete eorum. Et annuerunt sociis, qui erant in alia Navi, ut venirent, & adjuvarent eos. Et venerunt, & impleverunt ambas Naviculas.

Oremus.

Domine Iesu Christe , qui in similitudinem Navis Ecclesiæ Noe Arcam fieri voluisti (ut inundante diluvio) soli, qui in ea inventi essent, salvarentur ; suppliciter exoramus clementiam tuam , ut huic Navi saluberrimum profectionis cursum passim, jugiterque concedas. Qui vivis , & regnas in sæcula sæculorum, &c.

Psalmus 45. Deus noster refugium , & virtus, ut supra fol. 164.

Dum dicitur iste Psalmus, Sacerdos aspergat aqua benedicta totam proram ab omni parte, & reversus ad medium Navis, dicat:

Dominus vobiscum , &c.

Sequentia Sancti Euangelii secundum Joannem , &c.

In illo tempore: Cum cognovisset Jesus, quia venturi essent, ut raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipse solus. Ut autem serò factum est, descenderunt discipuli ejus ad mare. Et cum ascensissent Navim, venerunt trans mare in Capharnaum. Et tenebræ jam factæ erant; & non venerat ad eos Jesus. Mare autem vento magno flante exurgebat. Cum remigassent ergo stadia quasi viginti quinque, aut triginta, vident Jelum ambularem supra mare, & proximum Navi fieri, & timuerunt. Ille autem dixit eis: Ego sum, nolite timere. Voluerunt ergo eum accipere in Navim: & statim Navis fuit ad terram, ad quam ibant.

Dominus vobiscum , &c.

Oremus.

Deus, cuius in mari viæ, & semitæ in aquis multis, intende supplicantium preces; & famulos tuos in hac Navi constitutos maris semitas peragrantes, quos Sacramentorum tuorum perfudit gratia, potentiae tuæ dextera protectos regas; & in fluctibus gubernes adversus omnes formidines, atque infortunia, omnibusque in hac Navi contentis substantiis, atque impositis bene +X+ diccas, eorumque lucra multiplices, ac contra cuncta terrarum, & maris discrimina eos propitius defendere digneris. Per Christum Dominum nostrum , &c.

Kyrie eleison , Christe eleison , Kyrie eleison .

Pater

Pater noster, Ave Maria, & Credo, &c.

Dum dicitur Pater noster, &c. Sacerdos aspergat totam Navim aqua benedicta, & completo Credo, dicat:

V. In mari viæ tuæ, & semitæ tuæ in aquis multis;
& vestigia tua non cognolcentur.

R. Deduxisti sicut oves populum tuum in manu
Moysi, & Aaron.

V. Domine exaudi orationem meam, &c. Domi-
nus vobiscum.

Oremus.

Exaudi nos Domine, sancte Pater omnipotens, æ-
terne Deus, & mittere digneris Sanctum Angelum
tuum de cœlis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet,
atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per
Christum Dominum nostrum, &c.

Oremus.

Omnipotens semperne Deus, qui beatum Petrum
Apostolum tuum super mare ambulantem ad te
venire jussisti, & coapostolum ejus Paulum tertio nau-
fragantem de profundo pelagi liberasti: bene dicere
digneris hanc Navim, & famulis tuis in ea navigantibus
in tua misericordia confidentibus adesse digneris, ut ope
misericordiae tuæ adjuti, ad loca destinata, & ad portum
salutis sine impedimento fani, & incolumes valeant per-
venire. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum, &c.

Benedictio Dei omnipotentis Pa⁺ tris, & Fi⁺ lii, &

Spiritus X sancti descendat super hanc Navim, super navigantes in ea, & maneat semper. Amen.

Dominus vobiscum, &c.

Initium sancti Euangelii secundum Joannem, &c.

IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil; quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehendenderunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem Filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre plenum gratiæ, & veritatis. **Deo gratias.**

*Deinde dicatur Salve Regina, &c. cum Orat. Concede,
ut sup. fol. 92.*

Benedictio Agni in Pascha.

¶. Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.
Oremus.

D Eus, qui per famulum tuum Moysen, in libera-
tione populi tui de Ægypto Agnum occidi jussisti
in similitudinem Domini nostri Jesu Christi, & utros-
que postes domorum de sanguine ejusdem Agni perun-
gi præcepisti: ita bene ✕ dicere, & sancti ✕ dicare digne-
res hanc creaturam carnis, quam nos famuli tui ad lau-
dem tuam sumere desideramus, per resurrectionem e-
iusdem Domini nostri Jesu Christi: Qui tecum vivit,
& regnat in sæcula sæculorum. Rx. Amen.

Benedictio Ovorum.

¶. Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.
Oremus.

S ubveniat, quæsumus Domine, tuæ bene ✕ dictio-
nis gratia huic Ovorum creaturæ: ut cibus salubris
fiat fidelibus tuis in tuarum gratiarum actione sumenti-
bus, ob resurrectionem Domini nostri Jesu Christi: Qui
tecum vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Rx. Amen.

Benedictio Panis.

¶. Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.
Oremus.

D omine Jesu Christe, Panis Angelorum, Panis vi-
vus æternæ vitæ, bene ✕ dicere dignare Panem il-
lum,

tum, sicut benedixisti quinque Panes in deserto: ut omnes ex eo gustantes, inde corporis, & animæ percipient sanitatem. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum, &c.

Benedictio Panis pro Infirmis.

V. Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

Domine Deus omnipotens, descendat bene⁺ dictio Pa⁺tris, & Fi⁺lii, & Spiritus⁺ sancti super hanc creaturam Panis, ut quicumque ex ea sumperit, accipiat sanitatem mentis, & protectionem corporis, tutelam salutis, integratatem charitatis, consolationem spei, roborationem fidei, virtutem constantiæ, & visitationem sancti Spiritus. Per eumdem Christum Dominū nostrum, &c.

Benedictio Aquæ pro iisdem.

V. Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

Domine Iesu Christe, qui benedixisti quinque Panes, & duos Pisces in deserto, unde satiata sunt quinque millia hominum: te supplices exoramus, ut bene⁺ dicere digneris hanc Aquam, ut quicumque infirmus ex ea gustaverit, accipiat sanitatem mentis, & protectionem corporis, tutelam salutis, securitatem spei, corroborationem fidei, & charitatem Spiritus sancti:

Qui

Qui vivis, & regnas in unitate Spiritus sancti Deus. Per omnia saecula saeculorum. R^e. Amen.

Benedictio Lactis, & Mellis.

¶. Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

Bene dic Domine has creaturas Lactis, & Melis, & pota famulos tuos fonte perenni, qui es Spiritus veritatis: & enutri eos de hoc Melle, & Lacte: tu enim Dñe promisisti Patribus nostris Abraham, Isaac, & Jacob, dicens: Introducam vos in terram promissionis, terram fluentem Lac, & Mel. Conjunge Domine hos famulos tuos spiritu charitatis, & pacis, sicut conjunctum est Lac, & Mel in Christum Dominum nostrum: Qui tecum vivit, & regnat in saecula saeculorum. R^e. Amen.

Benedictio Tritici, vel Farinæ, vel Leguminum, &c.

¶. Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

Peto, ò Domine Jesu Christe, ut bene dicas Panem hunc, sicut benedixisti quaque Panes in deserto, ut sit sumentibus salus mentis, & corporis, atque contra morbos, & universas insidias diaboli. Nam ego N. Sacerdos tuus, in nomine tuo, hunc Panem benedo, & sanctifico, & exorcizo, sicut Elias benedixit Farinam in hydria viduæ, & fecit subcineritum Panem Eliæ,

Eliæ, sic hunc Panem in nomine tuo benedico, X sanctifico, X & creaturæ tuæ trado, ut accipiat, & comedat, ad eradicandum à corpore suo omne maleficium, incantationem, ligamen, signum, & opus diabolicum, & ipsos dæmones, omnemque febrem, & qualemcumque ægritudinem. O Dñe Iesu Christe, qui es Panis natus in Bethleem, Panis vitæ: benedic, X & sanctifica X eum; nam ego per sanctum Nomen tuū eum benedico, X & sanctifico, X ac per ipsum sanctum Nomen tuum terribile, destruo omnia maleficia: denuo per ipsum sanctum Nomen, o Domine Iesu, hunc Panem benedico, X & sanctifico, X & virtutem tui Sanctissimi Nominis in ipsum infundo, ut sit contra omnes vexationes diabolicas. Iterum benedico X hunc Panem, & sanctifico X Dominus tecum sit, o Panis benedictæ, ut extinguis venena, noxia comprimas, adversa depellas, maleficia destruas, dæmonia fuges ab hac creatura N. & à cunctis creaturis. O S. Michael benedic X hunc Panem, per tuam sanctam pietatem. O S. Maria sanctifica X hunc Panem; ut qui comedent ex eo, recipiant sanitatem, & tuam sanctam benedi X ctionem. O S. Pater Ubalde infunde in hunc Panem tuam sanctam benedi X ctionem, ut sit ignis ardens contra dæmones, & destruat facturas, & omnia opera malefica eorum. Amen.

Benedicat, quæsumus Domine, sancte Pater per amorem filii tui, virtus Spiritus sancti Panem istum; & ita benedicat, X inflammet, X & exorcizet, X ut quicumque ex eo comedatur, sive gustaverit in nomine tuo,

tuo, & dilecti Filii tui, & Spiritus sancti ab omnibus operibus satanæ sanetur. Da Domine sancte Pater omnipotens, æterne Deus: ut quod rogamus, & exoramus, obtineamus in nomine tuo, & dilecti Filii tui, & Spiritus sancti. Amen.

Benedictio novorum fructuum.

¶. **V.** Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

Bene † dic, Domine, hos novos fructus N. & praesta: **U**t qui ex eis in tuo sancto nomine vescantur, corporis, & animæ salute potiantur. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Benedictio ad quocumque comestibile.

¶. **V.** Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

Bene † dic, Domine, creaturam istam N. ut sit remedium salutare generi humano: & praesta per invocationem Sancti nominis tui, ut quicumque ex ea sumperint, corporis sanitatem, & animæ tutelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Benedictio Infirmorum cum Reliquiis Sanctorum.

¶. **V.** Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Hh

Ore-

Oremus.

Domine Jesu Christe, Filii Dei vivi dulcissime, hu-
miler te obsecro, ut per merita tuæ acerbissimæ
Passionis, per intercessionem Beatissimæ Virginis Matris
tuæ, per advocationem Sanctorum, & præcipue eorum
(quorum Reliquias h̄ic veneramur) hunc famulum tuum
N. eorum suffragia postulantem, ab omni ægritudine
mentis, & corporis clementer eripere digneris. Ne despi-
cias, quæsumus, Redemptor noster, me indignissimum
Sacerdorem ministrum tuum, sed sicut tradidisti mihi po-
testatem quotidie offerendi æterno Patri tuo immacu-
latissimum corpus, & pretiosissimum sanguinem tuum
ad Altare, in remissionem peccatorum totius mundi: ita
nunc reple impositionem manuum mearum omnia tua
bene † dictione cœlesti. **Qui vivis,** & regnas in sæcula
sæculorum. **R. Amen.**

Jesu Salvator mundi, exaudi nos. Sancta Maria Dei Ge-
nitrix Virgo, ora pro nobis. Angeli, Archangeli, Throni,
& Dominationes, Principatus, & Potestates, Virtutes cœlo-
rū, Cherubim, atque Seraphim, Patriarchæ, & Prophetæ,
Sancti legis Doctores, Apostoli, omnes Christi Marty-
res, Sancti Confessores, Virgines Domini, Anachoretæ,
Sanctique omnes intercedite pro nobis.

Dominus vobiscum, &c.

Sequentia † Sancti Euangelii † secundum † Lucam.
In illo tempore: Surgens Jesus de Synagoga, introivit
in domum Simonis, Iocrus autem Simonis teneba-
tur

tur magnis febribus, & rogaverunt illum pro ea, & stans super illam imperavit febri, & dimisit illam, & continuò surgens ministrabat illis. **R.** Laus tibi Christe.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison, Pater noster, &c.

V. Et ne nos inducas in temptationem.

R. Sed libera nos à malo.

V. Miserere nostri Domine.

R. Miserere nostri.

R. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum Domine.

R. Citò anticipent nos misericordia tuae, quia pauperes facti sumus nimis.

V. Adjuva nos Deus salutaris noster.

R. Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos.

V. Memento nostri Domine in beneplacito populi tui.

R. Visita nos in salutari tuo.

V. Domine exaudi orationem meam, &c.

Dominus vobiscum.

Oremus.

A Mantissime Domine Jesu Christe, consolatio afflictorum, fortitudo laborantium, qui de credentibus in te dixisti: Super ægros manus imponent, & benè habebunt: tua benignissima miseratione libera hunc famulum tuum N. ab hac infirmitate qua detinetur, & si-

icuti socrum Petri , & Reguli filium à magnis febribus liberasti ; ita hunc famulum tuum N. humiliter te deprecantem exaudi , atque ab eo hanc , quia premitur , ægritudinem expelle : & sicuti paraliticum curasti , leprosos mundasti , Centurionis puerum sanasti , mulierem à fluxu sanguinis liberasti , jacentem languidum ad piscinam erexisti , & valetudini tradidisti , circuiensque Civitates , & Castella omnem languorem , & omnem infirmitatem curasti : ita nunc oculos tuos misericordes ad famulum tuum hunc N. converte , perfectamque illi sanitatem mentis , & corporis concede , ut ab omni ægritudine purgatus , nomen tuum perpetuò laudare valeat : Qui vivis , & regnas in sæcula sæculorum. R^e. Amen.

Exorcizo † te febris maligna , cuiuscumque sis qualitatis , in nomine omnipotentis Dei nostri Patris , † & Filii , † & Spiritus † sancti : ut recedas ab hoc famulo Dei , relinquens eum sanum , sicuti mansit socrus Simonis ad imperium Iesu Christi Domini nostri. R^e. Amen.
Dominus vobiscum , &c.

Oremus.

Domine Iesu Christe , qui præsentia majestatis tux socrum Simonis , & servum Centurionis , filiamque Archisynagogi ab infirmitatibus suis , mortis expendio liberasti : quæsumus clementiam tuam ; ut hunc famulum tuum febricitantem sanare digneris. Per te Redem-

ptor

ptor noster , & per intercessionem Beatæ Mariæ Virgi-
nis Matris tuæ, & omnium sanctorum : Qui cum Patre,
& Spiritu sancto vivis , & regnas in sæcula sæculorum.

Benedictio S. P. N. Dominici ad Infimos.

Jesus **+** Mariæ Filius sit tibi salus , clemens , & propi-
tius. *Resp.* Benedictus Redemptor omnium , qui sa-
luti providens hominum , mundo dedit Sanctum Do-
minicum. **V.** O beate Dominice , qui tot signis claruisti
in ægrotorum corporibus , nobis opera ferens Christi,
ægris medere moribus. *Resp.* Imple , Pater , quod dixi-
sti , nos tuis juvans precibus.

V. Ora pro nobis beate Pater Dominice.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Concede quæsumus omnipotens Deus , ut qui pec-
catorum nostrorum pondere premimur , beati Do-
minici Confessoris tui patrocinio sublevemur. Per Iesum
Christum Dominum nostrum , &c.

Christus vincit , **+** Christus regnat , **+** Christus im-
perat , **+** Christus te ab omni febre , & malo defendat. **+**

Pater est pax , **+** Filius est vita , **+** Spiritus sanctus est
remedium salutis. **+** Fiat , fiat , **+** fiat tibi sicut vis.

+ Jesus Nazarenus Rex Judæorum te sanet : Jesus
Christus spinis coronatus.

Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus , &

orave-

oraverunt illum pro ea , & dimisit eam febris. Jesus , †
 Jesus , † Jesus , † Dominus noster Jesus Christus , qui te
 traxit ad fidem Catholicam , te in ea conservet , & sanet ,
 & beatum faciat , & liberet te ab hac infirmitate , & do-
 loribus , meritis Beatissimæ Virginis Mariæ , & Beati Do-
 minici , & Hyacinthi , & Raymundi , & omnium San-
 ctorum , & Sanctorum Dei. Amén.

*Oratio Sancti Petri de Alcantara, dicenda su-
 per infirmos à Sacerdote imponente manus super
 eos, ut bene habeant, & curentur.*

Jesus Maria † Sanctus Petrus de Alcantara † Poten-
 tia Dei Patris, † Sapientia Dei Filii, † Bonitas Spi-
 ritus sancti, † liberet te ab ista infirmitate per suam
 pii simam misericordiam. Amen.

¶. Ora pro nobis beate Petre.

¶. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Annue precibus nostris omnipotens Deus, & inter-
 veniente beato Petro de Alcantara Confessore tuo,
 ac ejus præclaris meritis suffragantibus , præsta huic infir-
 mo (æ) salutem corporis , ut in Ecclesia tua referat gra-
 tiarum actiones , & salutem mentis , ut te laudet in æter-
 num : fac ergo , Domine , quod Virgini tuæ Teresiæ
 promisisti concessurum quidquid te in beati Petri nomi-
 ne rogaremus. Per Christum Dominum nostrum. Amé.

*Benedictio Infirmorum cum oleo lampadæ
alicujus Sancti.*

Primò Sacerdos aspergat infirmum aqua benedicta, & postea exhortetur eum, ut præcipue sanitati animæ incumbat; de corpore autem nihil solicitus sit, nisi quantum Divinæ voluntati est consonum, & firmiter proponat, si sanitatem recipiat, vel non, se in melius vitam emendatrum. Tunc excitata ejus fide in Deū, & de votione erga Sanctum, quem optat advocatum, dicat sequentes preces.

Sub tuum præsidium confugimus, Sancta Dei Genitrix; nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus, sed à periculis cunctis libera nos semper, Virgo gloria, & benedicta.

Psalmus 19.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis: * protegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxilium de Sancto: * & de Sion tueatur te.

Memor sit omnis sacrificii tui: * & holocaustum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi secundum cor tuum: * & cmne consilium tuum confirmet.

Lætabimur in salutari tuo: * & in nomine Dei nostri magnificabimur.

Impreat Dominus omnes petitiones tuas: * nunc cognovi quoniam salvum fecit Dominus Christum suum.

Exaudiet

Exaudi et illum de cœlo sancto suo: * in potentatibus salus dexteræ ejus.

Hi in curribus, & hi in equis: * nos autem in nomine Domini Dœi nostri invocabimus.

Ipsi obligati sunt, & ceciderunt: * nos autem surreximus, & erecti sumus.

Domine salvum fac regem: * & exaudi nos in die, qua invocaverimus te.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c.

V. Adjutorium nostrum, &c.

R. Qui fecit cœlum, & terram.

V. Adjuva nos Deus salutaris noster.

R. Et propter gloriam nominis tui Dñe libera nos.

V. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis.

R. Miserere nobis.

V. Salvum fac servum tuum Domine.

R. Deus meus sperantem in te.

V. Emitte spiritum tuum, & creabuntur.

R. Et renovabis faciem terræ.

V. Exaudi nos Deus salutaris noster.

R. Spes omnium finium terræ, & in mari longè.

V. Non nobis Domine, non nobis.

R. Sed nomini tuo da gloriam.

V. Fiat misericordia tua Domine super famulum tuum.

R. Quemadmodum speravimus in te.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Do-

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, qui fragilitatem humanæ conditionis, infusa virtutis tuæ dignatione confirmas; ut salutaribus remediis pietatis tuæ, corpora nostra, & mentes vegetentur; super hunc famulum tuum propitius intende; ut omni necessitate corporeæ infirmitatis exclusa, gratia in eo pristinæ sanitatis perfectè reparetur.

Interveniat, quæsumus Domine, pro famulo tuo isto nunc, & in hora mortis suæ apud tuam clementiam beatissima Virgo Maria Mater tua, cujus sacratissimam animam in hora tuæ Passionis doloris gladius pertransivit. Per te Jesu Christe Salvator mundi.

Adesto Domine supplicationibus nostris, quas in beati N. deprecatione deferimus: ut qui nostræ justitiae fiduciam non habemus, ejus, qui tibi placuit, precibus adjuvemur.

Adsit nobis, quæsumus Domine Jesu Christe, beatissimi Patris Francisci pia, humilis, & devota supplicatio: in cuius carne prærogativa mirabili, Passionis tuæ sacra Stigmata renovasti, & præsta; ut ejus intercessione tuæ Passionis circa nos beneficia jugiter sentiamus. Qui vivis, & regnas in sæculorum. **R.** Amen.

His dictis, pollice dextro intincto in oleo, ungat pulsus capitis, & manuum, aut partem offendam, qua decet religiositate, dicens:

Per intercessionem beatissimæ Virginis Mariæ, & beati N. secundum suam piissimam misericordiam liberet te Deus à præsentî infirmitate, & ab omnibus malis mentis, & corporis. In nomine Patris, **+** & Filii, **+** & Spiritus sancti. **+** Amen.

V. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

R. Et salutare tuum da nobis.

V. Domine exaudi, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

Exaudi nos, omnipotens æterne Deus, pro famulo tuo, quem modo in nomine tuo unximus, & intercedente Gloriosa Filii tui Genitrice Virgine Maria, atque beato N. & omnibus sanctis, præsta, ut hujus unctionis virtutem sentire valeat, atque ab omnibus malis animæ, & corporis liberetur.

Virtutum cœlestium Deus, qui ab humanis corporibus omnem languorem, & omnem infirmitatem præcepisti tui potestate depellis; adesto propitius huic famulo tuo; ut fugatis infirmitatibus, & viribus receptis, nomen sanctum tuum, instaurata protinus sanitate benedicat. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Benedicat tibi Dominus, **+** & custodiat te, **+** ostendat faciem suam tibi, & misereatur tui, **+** convertat vulnus suum ad te, & det tibi pacem, & sanitatem.

Ecce Crucifixus Domini, fugite partes adversæ, vicit Leo de tribu Juda, radix David. Alleluia, alleluia. Dominus noster Jesus Christus Nazarenus Rex Judæorum,

apud

apud te sit, ut te defendat; intra te sit, ut te reficiat; circa te sit, ut te conservet: ante te sit, ut te deducat; post te sit, ut te custodiat; super te sit, ut misereatur tui, & ut bene dicat, qui cum Patre, & Spiritu sancto in Trinitate perfecta vivit, & regnat Deus in saecula saeculorum.
¶ Amen.

Denuo aspergat infirmum aqua benedicta in modum Crucis, nihil dicens.

Benedictio ad quemcumque cibum, potum,
vel medecinam.

¶ V. Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

Benedic Domine creaturam istam N. benedictio-
ne sancta tua: ut sit omnibus utentibus ea talus
mentis, & corporis: & contra omnes morbos, atque
univeras insidias inimicorum tutamen, & salutare reme-
dium; tantamque virtutem per signaculum sanctae Cru-
cis recipiat, ut omnes infirmitates sanet, spiritus mali-
gnos repellat, maleficiaque omnia dissolvat. Per Christum
Dominum nostrum, &c.

Benedictio mulieris post partum.

Si qua puerpera post partum juxta piam, ac laudabilem consue-
tudinem ad Ecclesiam venire voluerit pro incolumitate sua Deo
gratias.

gratias actura, petieritque à Sacerdote benedictionem, ipse super pelliceo, & stola alba indutus, cum ministro aspergillum deferente, ad fores Ecclesiæ accedat, ubi illam genuflectentem, & candelam accensam in manu tenentem, aqua benedicta asperget, deinde dicit:

V. Adjutorium nostrum, &c. **Aña.** Hæc accipiet. **Psalmus 23.** Domini est terra, & plenitudo ejus, &c. quo finito, repetitur **Aña.** Hæc accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo: quia hæc est generatio quærentium Dominum.

Deinde porrigens ad manum mulieris extremam partem stolæ, eam introducit in Ecclesiam, dicens: Ingredere in templum Dei, adora Filium beatæ Mariæ Virginis, qui tibi facundatatem tribuit prolis.

Et ipsa ingressa genuflectit coram Altari, & orat, gratias agens Deo de beneficiis sibi collatis; & Sacerdos dicit:
Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.

Pater noster, &c.

V. Et ne nos inducas in temptationem.

R. Sed libera nos à malo.

V. Salvum fac ancillam tuam Domine.

R. Deus meus sperantem in te.

V. Mitte ei Domine auxilium de sancto.

R. Et de Sion tuere eam.

V. Nihil proficiat inimicus in ea.

R. Et Filius iniquitatis non apponat nocere ei.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Domi-

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui per beatæ Mariæ Virginis partum fidelium parientium dolores in gaudium vertisti: respice propitius super hanc famulam tuam, ad templum sanctum tuum pro gratiarum actione lætam accedentem: & præsta, ut post hanc vitam ejusdem beatæ Mariæ meritis, & intercessione, ad æternæ beatitudinis gaudia cum prole sua pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Deinde illam aspergit iterum aqua benedicta in medium Crucis dicens: Pax, & benedictio Dei omnipotentis Patris, + & Filii, & Spiritus sancti, deicendat super te, & maneat semper. Amen.

Benedictio Rosarii.

V. Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

OMnipotens, & misericors Deus, qui propter eximiam charitatem tuam, qua dilexisti nos, Filium tuum unigenitum, Dominum nostrum Jesum Christum, de cœlis in terram descendere, & de beatissimæ Virginis Mariæ, Dominæ nostræ, utero sacratissimo, Angelo nunciante, carnem suscipere, crucemque, ac mortem subire, & tertia die gloriose a mortuis resurgere voluisti,

ut

ut nos eriperes de potestate diaboli; obsecramus immensam clementiam tuam; ut hæc signa Rosarii in honorem, & laudem ejusdem Genitricis Filii tui, ab Ecclesia tua fidelis dicata, bene \ddagger dicas, & sancti \ddagger fices, eisque tantam Spiritus sancti infundas virtutem: ut quicumque horum quodlibet secum portaverit, atque in domo sua reverenter habuerit, & in eis ad te, secundum ejusdem sanctæ Societatis instituta, Divina contemplando mysteria, devotè oraverit, salubri, & perseveranti devotione abundet; fiatque consors, & particeps omnium gratiarum, privilegiorum, & indulgentiarum, quæ eidem Societati per sanctam Sedem Apostolicam concessa fuerunt, & ab omni hoste visibili, & invisibili semper, & ubique in hoc, & in futuro sæculo liberetur, & in exitu suo ab ipsa beatissima Virgine Maria Dei Genitrice tibi plenus bonis operibus præsentari mereatur. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Benedictio Coronæ.

\ddagger . Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

Omnipotens, & misericors Deus, qui propter nimiam charitatem tuam, qua dilexisti nos, filium tuum Dominum nostrum Jesum Christum, pro redemptione nostra de cœlis in terra descendere, & de beatissimæ Virginis Mariæ utero, Angelo nunciante, carnem suscipere voluisti, ut nos eriperes de potestate diaboli;

obse-

obsecramus immensam clementiam tuam, ut hanc Coronam in honorem, & laudem ejusdem Genitricis Filii tui, ab Ecclesia tua fidi dicatam bene ✕ dicas, & sancti ✕ fices, eique tantam infundas virtutem Spiritus sancti, ut quicumque eam portaverit, vel dixerit, aut in domo reverenter tenuerit ab omni hoste, & facturis, semper, & ubique in hoc saeculo liberetur, & in exitu suo a beatissima Virgine, & S. Ubaldo tibi plenus bonis operibus presentari mereatur. Per eumdem Christum Dominum nostrum, &c.

Benedictio Rosarum sanctissimi Rosarii.

V. Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

Deus creator, & conservator generis humani, dator gratiae spiritualis, & largitor æternæ salutis, benedictione tua sancta, benedic ✕ has Rosas, quas pro gratiis tibi exolvendis, cum devotione, ac veneratione beatæ, semperque Virginis Mariæ, hodie tibi presentamus, & petimus benedici, & infundi in eis per virtutem sanctæ Crucis ✕ benedictionem cœlestem: ut qui eas ad odoris suavitatem, & repellendas infirmitates, humano usui tribuisti, talem signaculo sanctæ Crucis ✕ benedictionem accipiant; ut quibuscumque infirmitatibus appositæ fuerint, seu qui eas in domibus suis, vel locis, cum devotione habuerint, aut portaverint, infirmitates sanentur, discedant diaboli: contremiscant, & fugiant pav-

pavidi, cum suis ministris, de habitationibus illis, nec amplius tibi servientes inquietare præsumant. Per Christum Dominum nostrum, &c.

*Benedictio ad herbas in festivitatibus S. Joannis Baptiste,
vel Divi Laurentii.*

¶. **V.** Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

Domine Iesu Christe, qui corpus, & animam in Cruce posuisti, & multas contumelias à Judæis audiisti, atque flagellatus fuisti, & per eam omnes credentes, & baptizatos reparasti: sic precor misericordiam, & pietatem tuam, nec non per piissimam Matrem tuam, atque per amorem SS. Archangelorum, Angelorum, & per beatos Apostolos, Euangelistas, Martyres, Confessores, Virgines, ac per omnes Sanctos, & electos tuos, præsertim per amorem, sanctitatem, excellentiam, & prædicacionem Sancti Joannis Baptiste, (vel per amorem, & sanctitatem Sanctissimi Martyris tui Laurentii) cuius hodie Nativitatem, & festum celebramus, (vel cuius hodie festum celebramus) digneris benedicere, & sanctificare istas præsentes herbas, quas hodie famuli tui, & famulæ tuæ tradunt ad benedicendum, per te, & in tuo purissimo nomine: concede etiam quæsumus, ut ubicumque combustæ fuerint, vel pars illarum sit ad remedium, & refrigerium fructuum terminorum, & panis & vini hortorum, ceterarumque rerum; vel ubicumque fumus earum attigerit,

attigerit, sit ad defensionem messium, vinearum, & ad sanitatem hominum, & aliorum animalium; repellatque omnes tempestates, grandines, & aquæ turbidæ vertantur in salutarem pluviam, blandam, benignam, suavem, & quietam, virtute harum herbarum, quia tu es defensor omnium creaturarum, quæ sunt super terram, & habes potestatem, & imperium super omnia dæmonia, quæ portant malum super terram. Jube ergo, atque præcipe eis in eorum eremum ire, ut non destruant terram, & fructum ejus, neque labores eorum, de quibus dantur eleemosynæ pauperibus, & primitiæ Ecclesiis, decimæque eis servientibus: *Qui cum Patre, & Spiritu sancto vivis, & regnas per omnia sæcula sæculorum.*
R. Amen.

Benedic Domine  herbas istas; ut sint remedium salutare generi humano, & præsta per invocationem tui sancti nominis, ut quicumque ex his sumperint, & gustaverint, corporis sanitatem, & animæ tutelam suscipiant. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Aspergatur aqua benedicta, & dicatur.

Benedictio Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus sancti descendat, & maneat super has herbas, ramos, & flores, & super omnes circumstantes. Amen.

Benedictio Annuli.

V. Adjutorium nostrum, &c. Domine exaudi orationem meam. Dominus vobiscum.

Kk

Oremus.

Oremus.

Benedic † Domine annulum hunc, quem nos in
quo nomine benedicimus, † ut quæ eum gestave-
rit, fidelitatem integrum suo sponso tenens, in pace &
voluntate tua permaneat, atque in mutua charitate sem-
per vivat. Per Christum Dominum nostrum, &c.

*Deinde Sacerdos aspergat annulum aqua benedicta in modum
Crucis, & sponsus acceptum annulum de manu Sacerdotis impo-
nit in digito annulari sinistræ manus sponsæ, Sacerdote dicente,
In nomine Patris, † & Filii, & Spiritus sancti. Amen.
Mox subjungat.*

V. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

R. A templo sancto tuo, quod est in Jerusalem.
**Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison, Pater
noster, &c.**

V. Et ne nos inducas in temptationem.

R. Sed libera nos à malo.

V. Salvos fac servos tuos.

R. Deus meus sperantes in te.

V. Mitte eis Domine auxilium de sancto.

R. Et de Sion tuere eos.

V. Esto eis Domine turris fortitudinis.

R. A facie inimici.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Ore-

Oremus.

R Espice, quæsumus Domine, super hos famulos tuos, & institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti, benignus assiste; ut qui te auctore junguntur, te auxiliante serventur. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Benedictio Cilicij.

V. Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

Omnipotens, & misericors Deus, qui corporibus pœnitentibus hoc indumentum imposuisti, & per illud misericordiam, & veniam tribuisti: oremus clementiam tuam; ut indumentum hoc, quod vocatur Cilicum, benedicti cere, & sancti fictare digneris, ut quicumque eo pro peccatis indutus fuerit, & nimiam tuam imploraverit veniam, indulgentiam tuæ sanctæ misericordiæ consequatur. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Benedictio Habituum defunctorum.

V. Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

Domine Iesu Christe, seminator, & inspirator religiosi propositi, qui in dumento nostræ carnis pro salute humani generis suscipere voluisti, & in præsepio

vilibus pannis involvi non horruisti: respice propius ad preces humilitatis nostræ, & hanc religiosam vestem, & chordam beati Francisci benedictæ cere, & sancti ticare digneris, & concede: ut quicumque ad involvendum suum corpus in morte illas tulerit, vel petierit, remissionem peccatorum per Summos Ecclesiæ tuæ Pontifices concessam assequatur: Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. R. Amen.

Benedictio Cymbali.

¶. Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

Benedic quæsumus omnipotens Deus, benedictio tua cœlesti Cymbalum hoc: & sistat super eum virtus Spiritus sancti: ut ubicumque postmodum sonuerit ejus tintinnitus, procul recedat virtus insidiarum, umbra phantasmatum, incursio turbinum, percusio fulminum, læsio tonitruorum, calamitas tempestatum, & omnis spiritus procellarum: Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. R. Amen.

Benedictio Vexilli bellici.

¶. Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui es cunctorum benedictio, & triumphantium fortitudo; respice pro-

propitius ad preces humilitatis nostræ, & hoc Vexillum, quod bellico usui præparatum est, cœlesti bene X dictione sanctifica, ut contra adversarias, & rebelles nationes sit validum, tuoque munimine circumscptum: fiatque inimicis Christiani populi terribile, ac intercedentibus sanctis tuis solidamentum, & victoriæ certa fiducia. Tu enim es Deus, qui conteris bella, & cœlestis præsidii, sperantibus in te præstas auxilium. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Aspergatur aqua benedicta, & cui traditur dicatur.

Accipe Vexillum cœlesti benedictione sanctifica-
tum: fiatque inimicis populi Christiani terribile,
& det tibi Dominus gratiam, ut ad ipsius nomen, & hono-
rem cum illo hostium cuneos potenter penetres incolu-
mis, & securus.

Benedictio Indumenti.

V. Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

Domine Iesu Christe, qui tegumen nostræ mortali-
tatis induere dignatus es; obsecramus immensam
tuæ largitatis abundantiam, ut hoc genus vestimenti ita
benedicere, & sanctificare digneris: ut qui illud as-
sumere intendit exterius, te intus veraciter induere me-
reatur: Qui vivis, & regnas in læcula sæculorum. Rx. Amé.

Ene-

Benedictio ad initium alicujus boni operis.

¶. *Adjutorium nostrum , &c. Dominus vobiscum.*
Oremus.

Deus, à quo omne bonum sumit initium, & semper ad potiora progrediens, percipit incrementum: concede quæsumus, supplicantibus nobis: ut quod ad laudem nominis tui inchoare aggredimur, æterno tuæ paternæ sapientiæ munere, perducatur ad terminum. Per Christum Dominum nostrum , &c.

E X O R C I S M U S Contra imminentem tempestatem fulgurum , & grandinis.

Per signum ✕ Crucis de inimicis ✕ nostris libera nos ✕ Deus noster. In nomine Patris ✕ & Filii , & Spiritus sancti. Amen.

Dicitur Symbolum Fidei, scilicet Credo in Deum Patrem, &c. Deinde Kyrie eleison , Christe eleison , Kyrie eleison , Pater noster.

¶. *Et ne nos inducas in temptationem.*

¶. *Sed libera nos à malo.*

¶. *Adjutorium nostrum in nomine Domini.*

¶. *Qui fecit cœlum , & terram.*

¶. *Sit nomen Domini benedictum.*

¶. *Ex hoc nunc , & usque in sœculum.*

¶. *Exurgat Deus , & dissipentur inimici ejus.*

¶. *Et fugiant , qui oderunt eum , à facie ejus.*

¶. *Exur-*

- V. Exurge Christe, adjuva nos.
Rx. Et libera nos propter nomen tuum.
V. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.
Rx. Et salutare tuum da nobis.
V. Domine exaudi orationem meam.
Rx. Et clamor meus ad te veniat.
V. Dominus vobiscum.
Rx. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Iesu Christe, qui fecisti cœlum, & terram,
mare, & omnia, quæ in eis sunt, quique flumini
Jordani benedixisti, atque in eo baptizari voluisti, & tuas
sanctissimas manus, & brachia sacratissima in Cruce ex-
tendisti, quibus aerem sanctificasti: obsecramus immen-
sam pietatis, & bonitatis tuæ abundantiam, quatenus
has nubes, quas ante me, & post me, & supra me, à
dextris, & à sinistris video aerem perturbare, dissolve-
re, & annihilare digneris: ut alligata potestas dæmonum
impiè delævientium deficiat, & turbetur ad laudem tui
sanctissimi nominis, & potentissimæ majestatis tuæ: Qui
vivis, & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus lan-
cti Deus: per omnia sæcula sæculorum. Rx. Amen.

Deinde intra portas Ecclesiæ dicat contra nubes.

- V. Adjutorium nostrum, &c. Rx. Qui fecit, &c.

Exorcizo $\text{\tfrac{a}{c}}$ te creatura nubis in nomine Dei Patris $\text{\tfrac{a}{c}}$ omnipotentis, & in nomine Iesu $\text{\tfrac{a}{c}}$ Christi Filii ejus Domini nostri, & in virtute Spiritus $\text{\tfrac{a}{c}}$ sancti: ut fias nubis exorcizata, & benedicta, & fugiat à te omnis malitia, & omnis spiritus malignus, adjuratus, & expulsus, per eum, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Aspergat nubes in forma Crucis, & postea dicat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Exaudi nos Deus salutaris noster, & mittere digneris sanctos Angelos tuos, qui nos, & terram nostram defendant à cunctis periculis, & dissipent, & destruant hanc tempestatem. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Faciat sequentes Cruces contra nubem, dicendo.

Circumdet te, nubes, Deus $\text{\tfrac{a}{c}}$ Pater. Circumdet te Deus $\text{\tfrac{a}{c}}$ Filius. Circumdet te Deus Spiritus $\text{\tfrac{a}{c}}$ sanctus. Destruat te Deus $\text{\tfrac{a}{c}}$ Pater. Destruat te Deus $\text{\tfrac{a}{c}}$ Filius. Destruat te Deus Spiritus $\text{\tfrac{a}{c}}$ sanctus. Comprimat te Deus $\text{\tfrac{a}{c}}$ Pater. Comprimat te Deus $\text{\tfrac{a}{c}}$ Filius. Comprimat te Deus Spiritus $\text{\tfrac{a}{c}}$ sanctus. Amen.

Obsecratio. Sanctus Matthæus, Sanctus Marcus, Sanctus Lucas, Sanctus Joannes Euangelista, qui Christi Euangelium

angeliū per quatuor mundi partes divulgarunt, ipsis suis
meritis, & precibus hanc tempestatem à termino isto, &
ab omnibus Christianorum finibus, ab eodem Domino
nstro Jesu Christo obtineant effugari, & depelli.

Et ego peccator, & Christi Sacerdos, seu minister, li-
cet indignus, authoritate, & virtute ejusdem Dei, & Do-
mini nostri Jesu Christi summi Imperatoris, non mea
potentia innixus, & confisus, vobis præcipio, immundis-
simi spiritus, qui has nubes, seu nebulas concitatis, in
virtute ejusdem Dei, & Domini nostri Jesu Christi, per †
Sanctissimam ejus Incarnationem, per sanctam Nativita-
tem, per Baptismum, & jejunium ipsius, per ejus san-
ctissimam Crucem, † & Passionē, per sanctam Resurre-
ctionem, per admirabilem Ascensionem, per tremen-
dum Adventum ejus, & Judicium, per merita intemerataꝝ,
semperque Virginis Mariæ, & sanctissimi N. & per me-
rita omnium Sanctorum, ut exeatis ab eis, & eas disper-
gatis in locis sylvestribus, & incultis, quatenus nocere
non possint hominibus, animalibus, fructibus, herbis,
arboribus, aut quibuscumque rebus, humanis usibus
deputatis. Per eundem Dominum nostrum Iesum Chri-
stum, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, &
saeculum per ignem. Amen.

Ipse vobis imperat, dæmones, qui has nubes com-
movetis, de quo de nube lucida dictum est: Hic est Filius
meus dilectus, in quo mihi benè complacui. † Ipse vo-
bis imperat, qui sua sacratissima Cruce, & corpore suo
sanctissimo in ea extensione aerem purgavit. † Ipse vobis

imperat, qui per mortem suam vos, principem vestrum, mortemque devicit, & ligavit, atque æternæ gehennæ mancipavit ignibus. † Ipse vobis imperat, qui inferno spoliato surrexit à mortuis. † Ipse vobis imperat, qui post quadraginta dies nube susceptus virtute sua ascendit in cœlum. † Ipse vobis imperat, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Et posteà ostendat Crucem in aera, dicens:

Ecce lignum sanctissimæ Crucis, fugite partes adversæ: vicit enim vos, & mundum Dominus noster Iesus Christus Filius Dei, Imperator Summus, Leo de tribu Juda, radix David.

Christus Rex venit in pace, & Deus homo factus est; & Verbum caro factum est, Christus de Virgine natus est, Christus per medium illorum ibat in pace, Christus crucifixus est, mortuus, & sepultus, resurrexitque à mortuis, & ascendit in cœlū. Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat, Christus ab omni malo, & fulgure, & tempestate nos defendat. Deus nobiscum est.

Postea aqua benedicta in modum Crucis aspergat per quatuor latera. Et si nondum quievit tempestas, legantur flexis genibus Litanie Sanctorum, cum quatuor immediate subsequentibus Orationibus, prout supra fol. 140. quibus adjungantur sequentes.

Ad domo tua, quæsumus Domine, spiritales nequitrix repellantur: & aerearum discedat malignitas tempestatum.

Ad te nos, Domine, clamantes exaudi: & aeris serenitatem

nitatem nobis tribue supplicantibus: ut qui justè pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua præveniente, clementiam sentiamus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui nos & castigando sanas, & ignoscendo conservas: præsta supplicibus tuis, ut aeris tranquillitate dono tuæ pietatis utamur, & misericordiæ tuæ consolatione lætemur.

Largiri, & conservare fructus terræ dignare, Domine Deus noster: ut temporalibus gaudemus auxiliis, & proficiamus spiritualibus incrementis. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, &c.

Surgens Sacerdos ab Oratione, aspergat, ut supra, aqua benedicta, & legat sequentia.

Adjuro te † maligna tempeſtas, & vos dæmones, si qui eam concitatis, & ligō vos cum omni malitia vestra, per Deum † vivum, per Deum † verum, per Deum † sanctum, per Deum, qui omnia ex nihilo creavit: ut non possitis jactare in termino isto, nec in terris Christianorum fulmina, grandines, neque aquas infectas, & calamitosas: sed retrahatis eam, vel transfeatis cum illa in erenum, ubi solvat malitiā suam, absque læsione hominis, animalis, & loci. Amen.

Ecce lignum Crucis, &c. ut supra.

Oremus.

Domine Iesu Christe Filii Dei vivi, qui pro nobis peccatoribus, sanguinem tuum preciosissimum in Cruce, ex nimja charitate tua effundere voluisti: quæsumus

mus clementiam tuam , nubes istas benedi † cere , & sanctifi † care digneris , & facias eas converti in aquam sanctificatam , & pluviam benedictam , atque placitam nostris agris , & fructibus : Qui cum Patre , &c.

Conjuro † vos , nubes , & vos dæmones eas concitan-
tes , in nomine Sanctissimæ Trinitatis , & vos venti O-
rientales , Meridionales , Occidentales , & Australes , &
omnes alios quotcumque ventos : ut absque læsione no-
stra , agrorum , fructuum , & omnium aliarum rerum ,
ducatis hanc tempestatem in montes incultos , ubi ne-
mini nocere possint . Amen.

Iterum conjuro † vos , immundissimi spiritus , nu-
bes , & aera , per virtutem sanctissimæ Cru † cis , cu-
jus signum vobis ostendo , & præcipio : ut in honorem ,
& gloriam Dei transeat is cum hac tempestate in ere-
num , & ibi dispergatis eam absque læsione hominis , a-
nimalis , & fructuum . Amen.

Ecce lignum Crucis , &c. ut supra.

Oremus.

Domine Iesu Christe , qui languores nostros in li-
gno Crucis ipse portasti , nè respicias ad delicta
nostra : sed per ineffabilem bonitatem tuam , libera nos ,
& terram istam , cum messibus , vineis , pratis , arbori-
bus , & fructibus ab hac tempestate : Qui cum Patre , &c.
*Conjuro † te sævissima , & turbulentia tempestas , per
quinque vulnera , quæ Dominus noster Jesus Christus
in manibus , pedibus , & latere passus est : & per sanctil-*
simum

ſimum ſanguinem, & aquam, quæ de latere exivit: ut ſicut ſeparatur cœlum à terra, juſtum ab iuſto, & iñfernus à Paradylſo, ſic fias remota ab omni labore noſtro, & terra, transiens indivifa, & abſque læſione re-rum noſtrarum. Amen.

Sancta Maria, Virgo immaculata, Dei Genitrix, intercede pro nobis: ora Patrem, placatum, Spiritum ſanctum Sponſum exora, ſub tuum prælidium confugimus, in tua protectione ſperamus, conſolatrix affictorum, refugiumque peccatorum: ſentiamus omnes tuum juvamen, qui in hac tribulatione tuum auxilium imploramus. Amen.

Adjuro te † grandinosa, & tenebroſa tempeſta, & vos dæmones concitantes eam per Beatissimam Virginem Mariam, & per charitatem, humilitatem, & puritatem ſuam, & ligo vos: ut non poſſitis jaſtare ſuper agros, vineas, arbores, & fructus hujus termini fulgura, grandinem, aquam noxiā, nec nebulam, quæ nocere poſſit eis. Amen.

Ecce lignum Crucis, &c. ut ſuprad.

ITerum conjuro † vos nubes, & dæmones per Sanctos Angelos, & Archangelos Michaelem, Gabrielem, Raphaelem, & Uriellem, & per omnes Choros Angelorum: ut in nullo noceatis nobis, nec terminis noſtris: proindè exite, maledicti dæmones, ab iſtis nubibus, ante me, & retro poſitis; ut fiat in eis aqua bene † dicta, ſanctificata, & placita nobis, agris, & fructibus, præſante Domino Deo noſtro, qui vivit, & regnat cum Angelis, & Ar-

& Archangelis, cum Thronis, & Dominationibus, cum Virtutibus, & Potestatibus, cum Cherubim, & Seraphim, qui quotidie incessabili voce laudant eum, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, qui est, & qui erat, & qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & saeculum per ignem. Amen.

Ecce lignum Crucis, &c. *ut supra.*

Oremus.

Domine Sancte Pater omnipotens, Adonay, Sabaoth, salva nos à malignitate diabolica: & sicut liberasti Danielem de lacu Leonum, & Moysen de manu Pharaonis, ita nos, & terram istam, cum messibus, vineis, & fructibus liberare dignare ab hac tempestate. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Conjuro te \ddagger maligna tempestas, & vos spiritus tartarei; & per potestatem, quam Dominus noster Jesus Christus dedit Discipulis suis, & successoribus eorum ligandi, atque solvendi, ligo vos; ut non possitis retineri hic, sed celeriter transeat, cum hac tempestate in montes incultos, ubi absque læsione nostra, solvat malitiam suam. Amen.

Ecce lignum Crucis, &c. *ut supra.*

Oremus.

Protege Domine populum tuum istum, cum rebus suis, & fructibus agrorum, vinearum, & arborum, quos dedisti ei, subsidiis pacis, & beatæ Mariæ semper Virgi-

tempeſtatem fulgurum, & grandinis.

271

Virginis interceſſione, & beati N. & omnium Sancto-
rum patrocinio libera nos ab omni malo.

Omnipotens ſemperne Deus, qui electos sanctos tuos
Georgium, Blasium, Pantaleonem, Margaritam, &
Barbarem ſpecialibus decorasti privilegiis: ut omnes,
qui in tribulationibus ſuis eorum implorant auxilium, fa-
lutarem conſequantur effectum: da nobis, quæſumus, ut
ipsorum intercedentibus meritis, ab hac tempeſtate li-
beremur. Per Christum Dominum noſtrum, &c.

Vos Sancti Angeli Dei Michael, Gabriel, Raphael,
cum militibus vestrīs, custodite, quæſumus, terram
iſtam cum agris, meſib⁹, vineis, pratis, aſboribus, &
fructibus, atque animalibus, & defendite eam ab omni
malo. Amen.

Benedi X ctio Dei omnipotentis Patris, & Filii, &
Spiritus Sancti descendat ſuper terminos iſtos, & maneat
ſemper. Amen.

*Si tempus tempeſtuofum adhuc permanferit, poterunt ſupradicta pluries repeti. Et debent etiam ſtatim ab initio, ut moris
eſt, pulsari Cymbali.*

*Pro actione gratiarum dicitur, Te Deum laudamus, &c.
cum ſequentibus verſibus, & Orationibus.*

¶. Benedictus es Dñe Deus Patrum noſtrorum,

¶. Et laudabilis, & gloriosus in ſæcula.

¶. Benedicamus Patrem, & Filium cum Sancto Spi-
ritu.

¶. Laudemus, & ſuperexalteſmus eum in ſæcula:

¶. Bene-

- ¶. Benedictus es Domine Deus in firmamento cœli
 Rx. Et laudabilis, & gloriolus, & superexaltatus in
 saecula.
- ¶. Domine exaudi orationem meam.
 Rx. Et clamor meus ad te veniat.
- ¶. Dominus vobiscum.
 Rx. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia majestatis adorare unitatem; quæsumus, ut ejusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur adversis.

Offerimus tibi gratias, omnipotens Deus; & laudamus nomen tuum, pro concessis, & concedendis beneficiis tuis, humiliter deprecantes veniam peccatorum nostrorum. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, &c.

E X O R C I S M U S

Ad domos, & loca, quæ patiuntur contagium pestis.

Pax huic domui, & omnibus habitatibus in ea Amé. Dominus noster Jesus Christus, qui pertransit benefaciendo, & sanando infirmos, & omnes oppressos à diabolo, ipse, qui potens est opere, & sermone ad sol-

vendum

venitum infirmitates nostras; dignetur nunc per ministerium nostrum domum istam visitare, pacemque, & salutem tribuere, & habitatores ejus liberare ab omni languore, infirmitate, peste, & contagio. Amen.

Dominus vobiscum, &c.

Sequentia S. Euangelii secundum Lucam, &c.

In illo tempore: Surgens Jesus de Synagoga, introivit in domum Simonis, socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, & rogaverunt illum pro ea, & stans super illam, imperavit febri, & dimisit illam, & continuo surgens ministrabat illis: cum autem sol occidisset, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad Jesum, at ille singulis manus imponens currabat eos.

R. Laus tibi Christe, cœlestis Medice: per tua Sancta Euangelia libera servos tuos ab omni epidemia, & infirmitate. Amen.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison, Pater noster, &c.

V. Et ne nos inducas, &c.

R. Sed libera nos à malo.

V. Mitte nobis Domine auxilium de sancto.

R. Et de Sion tuere nos.

V. Domine exaudi, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, salus æterna credentium, propitiare huic habitaculo famulorum

Mm

tuorum

tuorum clamantium ad te: & sicut per ingressum arcæ sanctæ tuæ Obededon, & domum ejus benedixisti; ita benedi † cere digneris domum istam, cum habitatoribus suis ad nostræ humilitatis ingressum. Per Christum Dominum nostrum, &c.

In nomine omnipotentis Dei Patris, † & Filii, † & Spiritus † sancti, exorcizo vos aer contagiose, mala pestis, & omnem infirmitatem simul, & separatim, & peremptoriè præcipio vobis, quod sinatis domum istam, & locū, & ad ea loca transeat, in quibus nemini nocere possitis.

Amen.

Oremus.

TE Deum Patrem omnipotentem adoramus, & per Jesum Christum Filium tuum humiliter petimus: ut lanare digneris languores servorum tuorum, & mundare dominum istam, & locum ab omni contagio, & mala peste: Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum, &c.

Iterum exorcizo † vos aer contagiose, & mala pestis, & in virtute Jesu Christi Domini nostri, qui Discipulis suis dignatus est dicere: Infirmos curate, leprosos mandate, & mortuos suscitate: expello vos à domo ista, & loco in sempiternum: ut habitatores ejus sani, & liberi, benedicant, & laudent Deum. Amen.

Oremus.

Domine Iesu Christe, cœlestis Medice, qui venisti curare infirmitates nostras, & dixisti: Non est opus medico valentibus, sed male habentibus: servos tuos te Medi-

Medico sapientissimo indigentes propitius respice: ut tua protectione adjuti, liberentur à languoribus suis, & dominus ista, & locus ab omni contagio, & peste. Per te Redemptor noster, qui cum Patre, &c.

Tertio exorcizo † vos aer contagiose, & mala pestis, ut Minister Ecclesiæ, & meritis Sanctorum Sebastiani Martyris, & Rochi Confessoris, adjuro vos: ut recedatis à domo ista, & loco, quia Dominus Deus noster, per ministerium nostrum, eam, & habitatores ejus bene † dicit, & sanctificat. Amen.

Oremus.

OMnipotens semperne Deus, qui meritis beati Sebastiani Martyris, quamdam generalem pestem hominibus mortiferam, revocasti; & beatum Rochum Confessorem tuum advocationem apud te contra pestem nos habere tribuisti: præsta supplicibus tuis, ut qui pro consimili peste, & contagio revocando, ad ipsos confugimus, suis meritis, & precibus demus ista, & locus, cum habitatoribus suis, ab omni contagio, peste, & infirmitate liberetur. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Hic aspergat aqua benedicta in cubiculis, & in illis, vel in transitis faciat unum Crucis signum, dicens:

Effugare pestis, & malum contagium per virtutem sanctissimæ Crucis, per quam S. Laurentius cœcos illuminavit; Sanctus Sebastianus pestem consumpsit; Sanctus Rochus plagas contagii depulit; & Christus

redemit nos. Exorcizo † vos, mala inundantia, n̄ aerens, homines, aut vivens aliquod contundatis, sed procul recedatis ab his, quos Dominus noster Iesu Christus suo salutifero vexillo signavit, & voluit liberos esse. Amen.

¶ Dominus vobiscum, &c.

Sequentia S. Euangeli secundum Matth̄um.

In illo tempore: Cūm descendisset Iesu de monte, sequæ sunt eum turbæ multæ, & ecce leprosus veniens, adorabat eum, dicens: Domine si vis, potest me mundare; & extendens Iesu manum tetigit eum, dicens: Volo, mundare; & confessim mundara est lepra ejus.

Rx. Laus tibi Christe, salus æterna credentium: per tuum Sanctum Euangeliū aufer à servis tuis, & à domo, & loco isto omne contagium, & infirmitatem. Amen.

Si aliqui vulnerati fuerint cum plagis, faciet super illos signum Crucis, dicens:

Exorcizo † te vulnus, in nomine omnipotentis Dei † Patris, & Filii, † & Spiritus † sancti; & in virtute Sanctorum Angelorum, qui tuba canentes emundaverunt terram: in virtute Sanctorum Apostolorum, quibus data est potestas curandi ab omni plaga: in virtute Sanctorum Martyrum, Confessorum, & Virginum, qui in nomine Domini, tot, tantaque miracula super infirmos fecerunt: ut absque nova infirmitate, sickeris, præstante Domino nostro Iesu Christo: Qui cum Patre, &c.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Oremus.

Deus, qui errantes corrigis, correctos dirigis, directos conservas, flagellatos emendas, & emendatos vivificas; famulos tuos, flagello tuo humiles, correctos, & directos, jam respice benigne: ut sentiant misericordia tuae largitatem, qui justitiae tuæ experti sunt rigorem. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Benedictio Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus sancti descendat super vos, & super domum, & locum istum, quæ sanet, & liberet vos ab omni malo.

Oratio in peste animalium.

Oremus.

Misericordiam tuam Domine, supplices exoramus, ut hæc animalia, quæ gravi infirmitate vexantur, in nomine tuo, atque tuæ benedictæ eternis virtute sanentur. Extinguatur in eis omnis diabolica potestas, nec ulterius ægrotent. Tu eis Domine sis defensaculum vitæ, & remedium sanitatis. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Benedictio salis, quod datur animalibus.

V. Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

Deus invisibilis, & inæstimabilis, pietatem, per sanctum, ac tremendum Filii tui nomen suppliciter

ter deprecamur, ut in hanc creaturam salis benedictio-
nem, & potentiam invisibilis operationis infundas: ut
animalia, quæ necessitatibus humanis tribuere dignatus
es, cum ex eo acceperint, vel gustaverint, benedictio,
& sancti \textcross fatio tua ab omni ægritudinis, & læsionis in-
cursu (te protegente) custodiat. Per eumdem Christum
Dominum nostrum, &c.

Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus: defen-
de, quæsumus, omnia animalia nostra, per hanc creaturā
salis, & aquæ. Defende piissime à rapacibus latronibus, à
bestiis, à scabie, à morbo, à morsibus, à laqueis, à diabo-
lo, ab infirmitate, ab invidia, & malitia pravorum, à
malis hominibus, à malis oculis, à beneficiis, ab aruspiciis,
& ab omnibus malis; & animalia, quæ morbis,
& infirmitatibus vexantur, per hanc creaturam salis, &
per iocationem sancti nominis tui sanare digneris. Per
Christum Dominum nostrum, &c.

EX ORC I S M U S

Contra lumbricos in nomine Sancti Antonii de Padua.

Protestas Dei Patris, sapientia Dei Fili, & vir-
tus Spiritus Sancti liberet, & sanet te creature
Dei ab infirmitate lumbricorum. Amen.

In nomine Jesu Christi Nazareni conjuro vos Asca-
rides: ut conversæ in aquam, recedatis à corpore isto,
in honorem Dei, & devotionem Sancti Antonii de Pa-
dua,

dua, qui oret pro nobis. Amen.

Per signum sanctæ Crucis, quo signo te efficiaris sanus ab omni infirmitate, & vermes isti procul moriantur, & exeant à corpore tuo: ut in Domino gaudentes, dicamus: Dum appropiant super te nccentes, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.

Responsum.

Si quæris miracula, mors, error, calamitas, dæmon, lepra, fugiunt; ægri surgunt sani. * Cedunt mare, vincula, membra, resque perditas, petunt, & accipiunt juvenes, & cani. ¶ Pereunt pericula, cessat & necessitas: narrant hi, qui sentiunt, dicant Paduani. * Cedunt mare, &c. ¶ Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. * Cedunt mare, &c.

¶ Ora pro nobis beate Antoni.

B. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Ecclesiā tuā, Deus, beati Antonii Confessoris tui deprecatio votiva lētificet, ut spiritualibus semper muniatur auxiliis, & gaudiis perfrui mereatur æternis. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Amén.

EXORCISMUS

Ad homines, mulieres, & ad pecora
morsa ab animalibus rabidis, & ve-
nenosis; & etiam potest applicari
ad quemcūque dolorem gravē.

Asperges me Domine, &c. ¶ Miserere mei Deus, &
Gloria Patri, &c. & *repetita Antiphona* Asperges me Do-
mine, &c. *dicitur*:

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.

Pater noster, &c.

¶ Et ne nos inducas, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

D Eprecemur Dominum Deum nostrum creatorem
cœli, & terræ: ut sicut formator hominis de limo
terræ, ad imaginem, & similitudinem suam fecit illum;
ita ad laudem, & gloriam nominis sui, sedat, liberet, &
præservet creaturā istam ab omni infirmitate, & dolore
N.

In nomine sanctissimæ, & individuæ Trinitatis, Pa-
tris, & Filii, & Spiritus sancti exorcizo, ✕ & signo ✕ te
signaculo sanctæ Crucis: ut per ejus virtutem liberet te
Deus, & sanet te ab omnibus infirmitatibus tuis, & do-
loribus N. Amen.

Iterum exorcizo, & signo ✕ te in nomine Iesu Christi
Nazareni Domini nostri Redemptoris, & solvo ✕ te ab
omnibus

omnibus infirmitatibus tuis, & doloribus N. & volo,
quod in honorem, & laudem ejusdem Jesu Christi Do-
mini nostri, & sui sanctissimi nominis Jesu sis lana. Amen
Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Jesu Christe Salvator noster, qui dixisti
Apostolis tuis: Quodcumque petieritis in nomine
meo, hoc faciam; quæsumus clementiam tuam, per san-
ctum nomen tuum Jesum, & per preciosum Sanguinem
tuum, quem pro nobis in Passione tua fudisti: ut exau-
dias deprecationem nostram, & hanc creaturam tuam sa-
nare digneris ab infirmitate, & dolore, quem patitur:
Qui cum Patre, &c.

In nomine miraculosissimæ imaginis Sancti Romani
martyris exorcizo, & solvo \ddagger te ab infirmitate, & dolo-
re N. quem sustines; depræcans ipsi Sancto Romano: ut
per devotionem, & miracula illius suæ Sanctæ imaginis
impetret tibi à Domino salutem. Amen.

In nomine Sanctissimi Joseph, & Sanctorum Bene-
dicti, & Bernardi Abbatum, atque beatorum Domini-
ci, & Francisci, Antonii de Padua, & Hyacinthi Confes-
sorum exorcizo \ddagger te depræcans Dominum Deum no-
strum; ut meritis, & intercessione eorum dignetur sa-
nare te ab infirmitate, & doloré N. à quo cruciaris.
Amen.

Iterum exorcizo \ddagger te in nomine Sanctorum Hierony-
mi, Aegydi, Rochi, Sebastiani, & Eustachii, qui pestem
fugare,

282 *Exorcismus ad homines, & ad pecora morsa*
fugare, ferasque domare, & in usum suum socialiter
mansuescere à Domino meruerunt: ut ipsorum meritis
separetur à te omnis infirmitas, & dolor N. & veniat su-
per te sanitas perfecta. Amen.

Postea dicuntur sequentes Psalmi. Deus misereatur nostri.
Psalm. 65. Domine ne in furore tuo arguas me. Psalm. 6.
Domine Deus meus in te speravi. Psalm. 7. ut in Officio
Defunctorum, &c. Deinde dicitur:

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison, Pater
noster.

V. Et ne nos inducas in temptationem.

R. Sed libera nos à malo.

V. Emitte spiritum tuum, & creabuntur.

R. Et renovabis faciem terræ.

V. Exurge Christe adjuva nos.

R. Et libera nos propter nomen tuum.

V. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Ecclamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo maxi-
mè, & miserando manifestas, multiplica super
nos beneficia tua: & sicut populum tuum in deserto à
serpentium venenatorum morsibus, per serpentem æ-
neum

neū in signum salutiferæ Crucis elevatum, misericorditer liberaſti: ita nunc per virtutem, & ſignaculum sanctissimæ $\text{C}\text{h}\text{r}\text{i}\text{s}$ Crucis liberare digneris creaturem iſtam ab infirmitate, & dolore, quem patitur.

Domine Iesu Christe, qui calcare ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, mortifera venena, & animalia nociva miniftris tuis Sacerdotibus tribuisti: & Divo Paulo Apoſtolo tuo ſuper viperam tale dominium confeſſisti: ut etiam manu pendens, nihil damni inferret ante omnium oculos: per ipſius merita, da nobis invocantibus nomen tuum ſuper nociva, & rabida animalia calcare, omnemque infirmitatem, & dolorem à creature iſta fugare.

Adſit, quæſumus Domine, virtus Spiritus sancti, quo creaturem iſtā salvam faciat ab omnibus infirmitatibus, & doloribus N. nec non ab omnibus quibuscumque adverſitatibus.

Concede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus noster, perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione à præſenti liberari triftitia, & æterna perfrui lætitia.

Deprecatio Sanctissimi Joseph, meritaque Sanctorum Benedicti, & Bernardi Abbatum, nec non Sanctorum Dominici, Francisci, & Antonii de Padua, quæſumus Domine, ad obtinendam poſtulatam gratiam, pro nobis intercedant: ut quod noſtris meritis non valeamus, eorum patrocinio affequamur.

Subveniat nobis Domine, Sanctorum Hieronymi, Agydii, Rochi, Sebaſtiani, & Eustachii interceſſio, per

284 *Exorcismus ab homines, & ad pecora morta*
quam nos concedere digneris hujus creaturæ sanitatem.

Omnipotens semperne Deus, qui electos sanctos tuos Georgium, Romanum, Blasium, Erasmus, Pantaleonem, Victum, Christophorum, Dionysium, Cyriacum, Margaritam, Catharinam, Rosam, & Barbaram specialibus decorasti privilegiis: ut omnes, qui in tribulationibus suis, eorum implorant auxilium, secundum promissionis tue gratiam, petitionis suæ salutarem consequantur effectum: da nobis, quæsumus, per merita eorum, postulatam hujus creaturæ sanitatem: Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. R^e. Amen.

Pro animalibus Oratio.

Misericordiam tuam Domine, supplices exoramus: ut hæc animalia, quæ gravi infirmitate vexantur, tua benedictione sanentur, & extinguatur in eis omnis diabolica potestas, & ne ulterius ægrotent, esto eis vitæ defensio, & remedium sanitatis.

Deus, qui laborantibus hominibus, etiam de multis animalibus solatia subrogasti: supplices te rogamus; ut sine quibus non alitur humana conditio, nostris facias usibus non perire. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Resp. Si quærvis miracula, &c. ut suprad fol. 279.

Si est plaga, signet eam cum pollice uncto in oleo lampadis Sacramenti, dicendo:

Exorcizo $\text{\tfrac{X}{I}}$ te vulnus in nomine omnipotentis Dei nostri, & signo $\text{\tfrac{X}{I}}$ te sanctissimæ Crucis signo: ut per

ab animalibus rabidis , & venenosis.
per ejus virtutem efficiaris sanum. Amen.

285

Postea benedicat parum panis , & salis , dicens :

¶. Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

Deus , qui fructus terræ ad bonum hominum creasti: quæsumus clementiam tuam , ut hunc panem, & tal à servis humiliter oblatum benedi ✕ cere digneris: & virtutem contra rabiem, febrim , & omnem infirmitatem benignus infunde , ut omnes , qui ex eo comedenterint, ab omni malo protinus liberentur. Per Christum Dominum nostrum , &c. Aspergantur.

Hic datur illis panem ut comedant ; & si voluerint , poterit benedicere aquam , ut pecora bibant.

E X O R C I S M U S

Contra quæcumque noxia animalia, vermes, mures, serpentes, & alia quæcumque, agros, vel aquas extraordinariè inficientia, & corruptientia.

Primò dicatur Missa de Sancto Gregorio Episcopo Hostiensi: postea Sacerdos indutus super pelliceo , & stola violacei coloris , veniens ad agrum , ubi sunt locustæ , bruchi, vel alia animalia perversa, dicat.

¶. Adju-

¶. Adjutorium nostrum, &c. Dominus vobiscum.

Oremus.

O Mnipotens sempiterne Deus, bonorum omnium Auctor, & conservator, in cuius nomine omne genuflectitur cœlestium, terrestrium, & inferorum; concede, ut quod de tua misericordia confisi agimus, per tuam gratiam efficaciter consequantur effectus, ut scilicet hos vermes, mures, locustas, (*aut alia animalia*) noxia segregando segreges, ut ab ista calamitate liberati gratiarum actiones majestati tuæ referamus. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Oremus.

A Loco isto, quæsumus Domine, spiritales nequitia, & noxia quæque recedant, & aerearum potestatum malignitas, ut præsentibus subsidiis sufficienter adjuti, sempiterna fiducialiùs appetamus.

Largire, & conservare fructus terræ, dignare Domine Deus noster, ut temporalibus proficiamus incrementis. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Oremus.

O Ramus te Domine Deus noster, ut hos agros, aut vineas serenis oculis, & hilari vultu respicere digneris, tuamque super eos mitte benedi X ctionem, ut non grando surripiat, non turbo subvertat, non vis tempestatis detruncet, non æstus exurat, non animalia noxia

xia corrodant, neque inundatio pluviae exterminet: sed fructus incolumes, uberesque uiri nostro ad plenam maturitatem perducas. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Exorcizo vos, pestiferos vermes, mures, aves, locustas, (*vel alia animalia*) per Deum Patrem X omnipotentem, & Iesum X Christum Filium ejus, & per Spiritum X sanctum ab utroque procedentem, ut confessim recedatis ab his campis, (*seu*) vineis, aquis, nec amplius in eis habitetis; sed ad ea loca transeat, in quibus nemini nocere possitis pro parte, & totius curia cœlestis, & Ecclesiæ sanctæ Dei, vos maledicens, quocumque ieritis, sitis maledicti, deficientes de die in diem, in vos ipsos decrescentes, quatenus de vobis reliquæ nullo in loco inveniantur, nisi necessaria ad salutem, & usum humanum, quod præstare dignetur, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. Rx. Amen.

Oremus.

Peces nostras, quæsumus Domine, clementer exaudi: ut qui justè pro peccatis nostris affligimur, & hanc vermium, murium, locustarum, (*vel aliorum animalium*) calamitatem patimur, pro tui nominis gloria, ab ea misericorditer liberemur: ut per potentiam tuam expulsa, nulli noceant, & hos agros, vineas, (*aut*) aquas infectas dimittant: quatenus quæ ex in his orta fuerint, tuæ maiestati deserviant, & nostræ necessitati subveniant. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Iterum

Iterum exorcizo † vos, animalia omnia, tam locustarum, vermium, & murium, quam aliorum quorumcumque noxiorum existentium in agris istis: (*vineis, hortis, arboribus, &c.*) ut cesseatis à damnificatione sua, & recedatis ab eis, & ad ea loca transeat, ubi nemini nocere possitis, & hoc signum sanctissimæ Crucis † Domini nostri Jesu Christi sit vobis flagellum, quo cruciemini, donec ab illis recedatis, præstante eodem Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre, & Spiritu sancto vivit, &c.

Oremus.

Dignare Domine Deus noster, largiri, & conservare fructus terræ; & locustas, bruchos, mureisque, & omnia animalia noxia à terminis nostris, & à terris Christianorum expellere. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Tertio conjuro vos † omnes spiritus maligni, ubicumque sitis, & habitat: ad vos, & contra vos perveniant, & veniant potenter, & fortissime omnes meæ conjurations, & vos ambiant verba mea, & potenter affligant, & cogant per omnipotentiam magni Dei omnipotentis velle meum facere ad honorem, laudem, & gloriam ipsius Dei mei omnipotentis, & per ista sancta nomina Domini nostri Jesu Christi Tetragrammaton, Adonai, Sabaoth, Eloin, Jesus, & omnia ipsius Dei nomina; ut hæc animalia auferatis, & in loca silvestria, ubi nulli noceant, ire constringatis festinanter. Per illum, qui ventu-

vermes, mares, serpentes, & agros.

289

rus est judicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem, &c.

Oremus.

Deus, qui famulorum tuorum Moyses, & Aaronis ministerio ab Ægyptis pro gloria nominis tui locustas, bruchos, ciniphes, aliasque plagas justitiæ in peccatores flagella avertisti, à filiis quoque Israel prohibuisti: à populo in te credente similiter calamitates aufer: ut potentiam tuam, simul & beneficentiam prædicemus. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Oremus.

Sancta Maria Virgo, non est tibi similis nata in mundo in mulieribus, filia, & ancilla Altissimi Regis Patris cœlestis, Mater Sanctissima Domini nostri Jesu Christi, Sponsa Spiritus sancti, ora pro nobis cum sancto Michaeli Archangelo, & omnibus virtutibus cœlorum, & omnibus Sanctis tuum Sanctissimum Filium dilectissimum Dominum nostrum, & Magistrum. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Rx. Amen.

Post hæc Sacerdos ipse aspergat totum agrum, dicendo.

Asperges me Domine hylopo, & mundabor, lavabis me, & super nivem dealbabor. *Psalm. Miserere mei Deus, &c. quo finito cum ḥ. Gloria Patri repetitur Antiphona, & postea dicitur:*

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison, Pater noster, &c.

Oo

℣. Et